



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Liber Decimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

daret: iussit illum apud virmianum adduct: et duos maximos clavos sine taringas a ceruice vsq; ad crura configi. r. f. alios clauellos intra yngulas r. carnem digitis manum immitti. Et sic confossum decollari. De cuius collo columba nucea extens celum aduolare visa est. Qui passus est pridie kalen. nouembis. Corpus aut eius fluuio sequane demersum a preside adlesione terre plumbi et limi ceno sepultum est: nea christianis inueniretur. ¶ Sed post annos. lv. a quadam matrona romana eusebia nomine taliter repertum est. Cum esset ipsa mulier ceca esset: angelus ei tertio apparuit: eamq; admonuit vt in galliam ad corpus sancti quintini martyris requirendum accederet: sicq; visum recuperaret. Que dum locum ignoraret: angelico ductu illuc tandem deuenit: r. de corpore a multis requirens nihil omnino inuenire valuit. Dum autem orasset ad dominum: corpus ex vna parte de flumine r. caput ex alia enatauit: r. vsq; ad manus mulieris accessit. Quod illa accipiens omnino incorruptum nimioq; odore fragrans: ad virmianum castrum portare disposuit. Sed dum ad radices montis peruenit corpus omnino immobile factum est: vbi diuina cognita voluntate eusebia corpus rursus lauit: r. continuo eius tactu lumen recuperauit. Plurimi quoq; infirmi a diuersis languoribus in eius inuentione sunt curati. ¶ Post decursum autem annorum. cccc. dum corpus sancti martyris iterum esset incognitum: sancto elio nouionensi episcopo reuelatur. Qui post festinum triduanum: dum locum sibi ostensum vbi latebar effoderet: nocte lux de celo tanta circumfulsit: vt dies orra a pluribus crederetur: odoris q; suauissimi fragrantia erupit. Corpus ergo sancti repertus ac leuatum: honorifico ac precioso locello condidit: ecclesiamq; r. monasterium ibidem edificauit. Anno dñi. ccccclvij. vbi ad presens sanctorum corpus requiescit: signisq; mirabilibus refulget.

De sancto natali confessore. Cap. cxxvij.



Natalis confessor tēpore zepherini pape rome claudit. Qui dum sanctis operibus polleret: deceptus ab asclepio et theodoro collectarijs: qui ambo

discipuli erant cuiusdam coriari apostate: ab ecclesie communione deieci: acquieuit vt episcopus illius heresis nominaret acceptis pro salario. et. nummis mēstrue prestationis. Sed admonitus sepius a domino vt reciperet: dñi amore turpis lucri recusaret: nocte quadam in somnis ab angelis diris verberibus flagellatur. Mane aut liuores r. vniuerū cyatricos in scapulis reperies ac si vigilans corpalliter passus esset: territus ad papam zepherinum adijt r. visionem narrauit. Quem ille penitentem benigne suscepit: r. dignitati renuncianti satisfactionem imposuit. Natalis ho vitam in melius commutans: laudabilis finit: r. eiusdē pontificis tempore post modicum in pace quieuit pridie kalen. nouembis

¶ Explicit liber nonus.

Incipit plog^o decimi libri.



Decim^o liber

huius catalogi continet in se passiones r. gesta illorū sanctorum quorū festiuitates eueniunt infra tempus: in quo representat ecclesia propagationem illorum eius filiorum: qui fuerunt ecclesie eiusdem augmentatores: quales fuerunt sancte virgines. Hoc aut tempus est a kalendis mensis nouembis vsq; ad aduentum domini. Et hoc sub figura sanctorum prophetarum: quorum tunc vaticinia r. prophete leguntur. Hi em: vt plurimū carnali spere contugio: in corporis r. mentis integritate domino seruientes aduentum christi r. futura tēpora per spiritum predixerunt: r. populum dominum suis vaticinijs a vitijs r. erroribus reuocare: r. ad viam veritatis reducere studuerunt. ¶ Ad huius igitur temporis vltimi festa pertractanda veniendum est.

Incipit liber decimus a kalendis nouembriusq; ad aduentum.

De festiuitate omnium sanctorum.

Cap. I.



Omnium sanctorum festi

uitas quattuor de causis instituta fuisse videtur. primo propter cuiusdam templi dedicationem. secundo propter omissionem supplementationem. tertio propter negligentiam et praetermissionem. quarto propter faciliorem orationem nostrarum impetrationem. **P**rimum ergo instituta est propter cuiusdam templi dedicationem: videlicet templi quod pantheon antea dicebatur: quod rome fuit constructum in honorem cybeles: que mater dicitur omnium deorum: et omnium eius filiorum. Quod templum postmodum bonifacius papa quartus ecclesie dei a phoca cesare donatum consecrauit in honore dei genitricis: et omnium martyrum christi in idus maii. Et tunc ipsa die instituit in urbe roma celebrari festum beate marie virginis et omnium sanctorum scilicet martyrum: quia adhuc festa confessorum non celebrabantur. De hac materia supra dictum est tertio idus maii. Et est illud templum quod hodie vocatur sancta maria rotunda. Verum processu temporis: quia ad hoc festum multitudo maxima confluxerat: et propter defectum victualium celebrati vacare non poterant. Ideo gregorius papa quartus hoc festum in kalendis nouembrii esse constituit: quando celebratis messibus et vindemiis maioris victualium copiam esse conspexit: ac per vniuersum mundum hunc diem in honorem generaliter omnium sanctorum solenniter celebrari decreuit: additis festiuitatibus confessorum. Et sic solennitas que solum rome de solis martyribus celebrabatur: per totum mundum de omnibus sanctis ad presens recolitur. **S**ecundo instituta est propter omissionem supplementationem. Multos enim sanctos omittimus: de quibus nullum festum siue memoriam facimus. tum propter sanctorum multitudinem: quia quasi infiniti sunt. tum propter nostram infirmitatem: quia infirmi et debiles sumus: nec ad hoc sufficere possumus. tum propter temporis breuitatem: quia etiam totum tempus longissime vite vni hominis non sufficeret: ut semel tantum in vita sua quis singulorum sanctorum festa celebraret. Ideoque ecclesia rationabiliter ordinauit: ut quia omnium sanctorum festa facere non possumus: saltem omnes generaliter in sinu honoremus. **Q**uare autem institutum est: ut sanctorum festa in terris agamus. Magister Buielmus in summa de officio ponit sex rationes. **P**rima est propter



honorē dīuine maiestatis. ¶ **U**sz em̄ sanctis honorē impēdimus deum in ip̄is honoramus: quia qui sanctis honorē tribuit illum honorat: qui eos sanctificauit. ps. Laudate dominus in sanctis eius. ¶ **S**ecunda est propter auxilium nostre infirmitatis. Quia em̄ per nos salutem habere nō possumus: ideo sanctorū intercessio nibus indigemus: a quibus vt adiuuari mereamur: merito ipsos honorare debem⁹. ¶ **T**ertia est propter augmentū nre securitatis: vt. s. ppter sanctorū gloriā: que nobis in eorū festiuitate pponit nra spes ⁊ securitas augmentet. Si em̄ mortales hoīes nobis similes potuerūt ita per sua merita sublimari: cōstat quia nos similiter poterimus: cum manus dñi abrenata nō sit. ¶ **Q**uarta est propter exēplū nostre imitationis. Cum em̄ eorū festiuitas recenset: ad eorū imitationem puocamur: vt scz eorū exēplo terrena cōtēnentes celestia desideremus. ¶ **Q**uinta est propter debitū mutue vicissitudinis. Sancti em̄ de nobis festum faciūt in celo: quia gaudū est angelis dei ⁊ anīmab⁹ sanctis super vno peccatore penitentiā agente. Iustum est ergo vt nos de ip̄is festū agamus in terris. ¶ **S**exta est propter purificationē nostri honoris ⁊ exaltationis. Cum em̄ sanctos honoramus: nostrā rem agimus: ⁊ nostrū honorē pcuramus: quia eorū festiuitas est nostra dignitas. Nam cū honoram⁹ fratres nostros: honoramus nos ipsos: caritas em̄ omnia cōmunia facit. ¶ **T**ertio instituta est propter negligentiarū expiationē. Licet em̄ paucorum sanctorū festa agamus: adhuc tamen illa pauca sepe negligenter agimus: ⁊ multa ibidē per ignorantia omittimus. Si quid igit̄ i alijs solēnitatibus sanctorū quas egimus: neglexerimus: in hac generali solēnitate supplere possumus: ⁊ de negligentia nos purgare valeim⁹. Hec ratio tangit̄ in sermone: qui hac die p ecclesias recitat̄: in quo sic dicit̄. Decretū est: vt hac die sanctorū omnīū memoria habeat̄: vt quicquid humana fragilitas per ignorantia: vel negligentia: vel occupationē rei secularis in solēnitatibus sanctorū minus peregrisset: in hac sancta obseruatione soluat̄. ¶ **N**otandū autē est q̄ octo sunt ordines sanctorū quos hodierna die in simul veneramus: vt eis quod negligēter fecimus: suppleamus: qui notant̄ per octo conditiones siue status beatorū: qui in euangelio hu⁹ festi a xpo exprīmūt̄: ⁊ eorū perfectiones contra octo vicia capitalia dirīgunt̄: ⁊ reducunt̄ ad octo conditiones siue status diuersorū ministeriorū hōminum: qui constituūt̄ politicum regimē ciuitatis: eo q̄ ecclesia triumphās ciuitati assimilatur. Apocal. xxi. c. Vidi ciuitatē sanctam hierusalem nouam ⁊c. Tr̄ em̄ tractat̄ in libro de regimine ciuitatū: ad hoc vt ciuitas bene regatur: ⁊ in suo statu pacifico cōseruet̄: necesse ē vt habeat̄ consiliarios seu iudices regi assidentes: officiales siue vicarios i diuersis castris regis

vicem gerentes. Precones siue notarios regis decreta scribētes. Famulos seu nūcios regis mandata exequētes. Milites siue pugiles pro regis honore pugnātes. Nobiles siue p̄marios regē cōtinue comitātes. Mercatores siue operarios diuersa operātes ⁊ vēdētes. Et electas dominas reginā iugiter associātes. ¶ **P**rimus ordo qui est iudicum siue consiliarioz regi assidentium est ordo apostolorū: qui tanq̄ iudices et regis assessores a christo electi sunt: vt cum christo ad iudiciū venturo in duodecim thronis sedeant: ⁊ vniuersum orbem cū eo iudicare debeant: de quibus cantat ecclesia. Vos seculi iusti iudices ⁊c. Ad hoc autē vt iudices iuste iudicent: debent a mente sua omnē cupiditatem excludere: ⁊ paupertates diligere. Unde merito: quia tales fuerūt apostoli: qui omnia temporalia a mente sua abdicarūt: de ip̄is dicit̄. Beati pauperes spiritu. Et hec paupertas spiritū dirigitur contra auariciā. Premiū autē quod consequitur suis iustis dare iudicibus: est ipsum regnum: quod eis vna secū facit esse cōmune: vt ipsi quodāmodo reges appellent̄: ⁊ sibi conregent: vnde ⁊ de apostolis dicit̄. Qui ipsorum est regnum celoz: sicut ⁊ christi. ¶ **S**ecundus ordo: qui est officialiū siue vicarioz: est ordo pontificum et sacerdotū: qui christi vices ⁊ auctoritatem exercent in ecclesia militāte: ⁊ ei⁹ personam in omnibus representant per diuersa loca. Officiales autē siue vicarij regis debēt semp̄ operare iusticiā: vt ius suum vnicuiq̄ tribuant: vnde ⁊ de istis: quia tales fuerūt: dicitur. Beati qui esturunt ⁊ sicut iusticiā. Et talis esturunt dirigitur contra gulam. Premiū autē horū officialium esse cōsuevit: vt de censu regis siue necessarijs prouideat̄: vnde ⁊ de pontificibus ⁊ sacerdotibus dicit̄. Quoniam ipsi saturabuntur. ¶ **T**ertius ordo: qui est preconū ⁊ notarioz: est ordo prophetarū qui regis eterni mandata in ecclesia scripserūt: ⁊ ea pplis denūciauerūt. Tales autē semp̄ debēt eē in p̄tinuo exercitio ⁊ labore: vt quasi vtra eorū sit in actu propter regis amorem. Unde quia tales fuerunt prophete: de eis dicitur. Beati qui lugent. Et talis iustus laboriosus dirigitur cōtra accidiam. Premiū autē horū scribarum et preconum esse cōsuevit: q̄ rex eis gratias liberaliter concedens: multis illos beneficijs consolatur. vnde et de ip̄is additur. Quoniam ipsi consolabuntur. ¶ **Q**uartus ordo: qui est famulorum ⁊ nuncioz: est ordo angeloz: sub quo omnes eorū ordines colliguntur: qui regis celesti mandata fideliter exequuntur: velut eius famuli ⁊ nunciū ab eo directi. Tales autē debent esse humiles: vt regis iussa obediēter adimpleāt: vnde quia tales fuerunt angeli boni: qui in humilitate p̄sisterunt: nec superbie illorum qui de celo cōrulerunt: consentire voluerunt: merito dicit̄ de eis. Beati mites. Et talis mītitas cōtra sup̄biā

De sanctis in mense nouēbris occurrentibus Fo. cclvii.

dirigitur. Premii autē illorū nuncioꝝ consue-
uit esse: vt rex illis p̄dia & possessiones largia-
tur: vnde & de ip̄is additur. **Q**ui ip̄i posside-
bunt terram. Nam & angelis deus regimen ter-
renorū commisit. **Q**uintus ordo: qui est mili-
tum sine pugnatorum: est ordo martyrum: qui
pro regis honore vsq; ad effusionem sanguinis
decertarūt. Tales autē multas persecutiones
hostiū pati consueuerunt: vnde merito de mar-
tyribus dicitur. Beati qui persecutionem pas-
ciuntur propter iusticias. Et talis passio contra
inānem mundi gloriā dirigitur. Premii autē
militū regis esse consuevit: vt rex eis oīa sua
liberaliter cōmunicet: adeo q̄ inter ip̄os & eius
affessores nulla differentia sit: vnde & de ip̄is
additur: sicut & de apostolis: q̄m ip̄orum est re-
gnum celozum: q̄ & martyres xp̄o conregnare
putantur: & reges appellantur: coronas regias
in capite deferētes. **S**extus ordo: qui est no-
bilium sine p̄mariorū: est ordo confessorū: qui
per iugem contēplationē regē celī continue co-
mistantur: & eius societati quodāmodo deputā-
tur. Tales autē nobiles ciues debent super oīa
ad pacem vigilare: & vt concordia sit inter ip̄os
affectare. vñ q̄ tales fuerūt confessores: de eis
dicitur. Beati pacifici. Et talis pax cōtra iram
dirigitur. Premii autē horū esse consuevit: vt
rex tales nobiles adeo diligat: q̄ ip̄os quodā-
modo filios suos appellet. vñ et de istis addit.
Qui filij dei vocabunt. **S**eptimus ordo: qui
est mercatorū sine operariorū: est ordo patriar-
charū: qui operibus misericordie intenti: quo-
dāmodo merces celicas xp̄o vendebant centu-
plum recepturi. Hi autē mercatores debēt esse
misericordes: ne lucis pecunialibus nimis in-
tenti efficiātur deceptores. vnde q̄ tales fue-
runt: patriarche dicitur de eis. Beati misericor-
des. Et talis misericordia cōtra inuidiā dirigi-
tur. Premii autē mercatorū esse consuevit: vt
de suis negotiationibus lucrū percipiant. vñ
& de istis addit. **Q**ui ip̄i misericordia cōsequē-
tur. **O**ctauus ordo: qui est dominarū: est or-
do virginū que reginā celī cōtinue associant: &
ei iugiter assistunt. Tales autē dñe debent esse
munde & pudice: vt etiam regi assistere possint.
vnde q̄ tales fuerunt virginē dicitur de illis.
Beati mundo corde. Et talis mundicia contra
luxuriā dirigitur. Harū autē dominarū premii
esse solet: vt regis facie videant: & eius specia-
lem amicitia habeant. vnde & de istis additur.
Qui ip̄i deum videbunt. **Q**uarto et vltimo
institutum est illud festum: propter orationum
nostrarum faciliorem impetrationē: vt sicut ecc-
lesia dei hac die omnes sanctos vniuersaliter
honorat: sic & ip̄i pro nobis omnes in simul in-
tercedant. Decratio in oratione tangitur: cū di-
citur. Desideratā nobis tue propiciationis ab-
undantiā multiplicatis intercessionibus largi-
s. Quod autem omnes sancti in hoc festo

pro nobis vniuersaliter ad Intercedendum cō-
ueniant: ostensum est in quadā visione: que ses-
quenti anno ab huius solēnitatis institutione
contigisse narratur. **C**um em̄ custos ecclesie
sancti petri in vrbe omnia altaria circuisset: et
omniū sanctorū suffragia implorasset: ad alta-
re sancti petri rediens in spiritu rapit. Et ecce
vidit regē regum in sublimi solio confidentē: &
omnes angelos circūstantes: deinde regina in
diademate fulgente cū dominarū multitudīne
aduenit: cui rex assurgens eam iuxta se sedere
fecit. Post hec venit quidā vestitus pilis came-
lorū: que sequebatur multitudo venerabilium
seniorū. Deinde aduenit alius in papali habitu
decoratus que plurimi in pontificalibus se-
quebātur. Postea processit innumerabilis mi-
lilie multitudo. Post quos aduenit turba di-
uersarū gentium infinita. Hi omnes ante regē
aduenerūt & eum flexis genibus adorauerūt.
Angelus autem qui custodem ducebat eidem
visionem exposuit. Afferens reginam matrem
dei esse: dñas hōo virgines continentes: pilis ca-
melozū vestitum iohannē baptistā: seniores pa-
triarchas & prophetas. Papali habitu ornarū
petrū apostolū: pontifices ap̄los oēs: milites
martyres: turbam reliquam confessores. Qui
ideo ante regem regum xp̄m venerant: vt pro
honore ip̄is hac die exhibito gratias agerent:
& pro orbe vniuerso exorarent. **D**einde dis-
ctus custos ad locum alium ductus vidit vtrius-
q; sexus homines: alios immensis diuersis
delictis gaudentes: alios inopes et famelicos
medicantes. Dixit autē angelus hunc locū pur-
gatorium esse: abundātes hōo animas illas esse
quibus ab amicis per suffragia subuehebatur:
egentes hōo quarū cura nullatenus habebatur.
Iussit igitur vt omnia v̄sa summo pontifici in-
firmaret: vt post festū omniū sanctorū diem sta-
tueret: animarum: vt saltem generalia suffra-
gia illa die pro illis fierent: qui specialia habere
nō possent: propter quod commemoratio de
functorum sequenti die ordinata est.

De sanctis Esarulo & Iuliano mar. Ea. p. ij.



Esarius

et iulianus mar-
tyres: apud ta-
racinā campa-
nie ciuitatem
passi sunt sub claudio impa-
tore. Erat em̄ firminus qui-
dam pontifex taracine ciuita-
tis qui per singulos annos ta-
lem cerimoniam pro salute res-
publice & principum romanorū fieri suadebat.
Iuuenem em̄ per. vii. aut. viii. menses in deli-
ctis enutritum faciebat kalendis ianuarij por-
cum immolare: & deinde sp̄m iuuenem armatū
montem arniū ascendere: et inde se precipitio
h. ij.

bare: cuius corpus summo honore collectum in templo apollinis comburebatur: et cineres pro reliquijs recondabantur. Eodem tempore cesarius diaconus ex aphyca ad predicam ciuitate deueniens: et kalē. ianuarij: hec videns et abhorrens ac redarguens: de xpianitate suspectus tentus est a firmino pontifice: et a iulio primario ciuitatis. Et post dies. viij. traditus est leontio cōsulari. Quo iubente nudatus ante templū apollinis aductus est. Dum autē orasset templū corruit: et firminū pontificē interfecit. Et lamante autē populo: cesarium inno centem leontius eum in custodia nudum detinuit per menses. xxiij. Post hec autē inde eductus: sed ab angelo capillis suis subito crescentibus indutus: dum peteret se modicū relaxari et dimissus orasset: lux ipsi de celo nimia effusa est. Que cernens leontius conuertitur: et a cesario baptizatur: et a iuliano presbytero sacra cōmunionē sanctificatur: vt dictū est supra de eo. iij. kalē. nouēbris. Postq̄ hō sanctus leontius obiit: luxuriosus cesariū et iulianū detinuit: et in sacco vinctos in mare simul precipitari fecit. Quorū corpora a mare ad litus sacra tate sebrius collegit: et ea cōdigno honore sepeliuit kalen. nouēbris: luxuriosus hō post dies modicos a serpente percussus interiit.

De sancto Benigno presbytero et martyre. Cap. iij.



Benignus presbyter et martyr passus est apud castrum diuionū sub aureliano impatore.

Qui cum ipius augusti tempore cū andochio presbytero et thyrso diacono: a sancto episcopo polycarpo iohannis euangeliste discipulo ad predicandū in galliam missus esset: ad portum massilie deuenientes ciuitatē ednam adierunt: vbi a fausto quodam senatore iam voto christiano licet occulto honorifice suscepti sunt. Quem cum filio symphorzano adolescēte et omni familia baptizauerūt. Ad cuius etiā preces ad ciuitatem lingonicam accesserunt: leonilla fausti sororem christianā fieri cupientem cum tribus eius nepotibus: quorum ipsa auita erat: scilicet speusippo eleusippo et meicusippo vnda sacra perfuderunt: et in christi fide docuerunt. De quibus supra in eorū passione dictum est. xvi. kalendas february. Deinde benignus presbyter diuionum rediit. Ibiq̄ predicare cepit. Aurelianus ergo imperator illuc deueniens: benignum comprehensum et sacrificare recusantem: neruis durissimis cedidit fecit: et inde a trocheas extensus carceri mēcipauit: vbi ab angelo confortatur: et vulnera eius sanantur: die sequenti imperatorē ephibetur: cuius iussione ad templum ducitur: et immolare suadetur. Sed oratione ab eo facta idola sicut fumus euauerūt. Quē aurelianus iratus mandauit in carcerē mitti: et in saxo perforato pedes eius includi: et iudes in digitis manuum affigi: atq̄ per dies septem omnē cibum potumq̄ negari: canes quoq̄ famelicos secū recludi: vt canes eius laceraret. Cum autē sanctus diebus sex in oratione perseuerasset: canes adeo mitigauit: vt nec vestem eius lederent. Die hō septimo aperta custodia benignus illesus inuentus est: et a sudibus et cippo solutus. Tuncq̄ iubente imperatore: vecte ferreo in collo cōsusus: et lancea confossus exspirauit: visa quoq̄ est colūba niuca ex ore eius progressa: et vsq̄ ad celos euolare. Corpus autē remāsit nimio fragrans odore: quod a xpianis in eodem castro sepultum est kalen. nouēbris.

De sancta Maria virgine et martyre. Cap. iij.



Maria virgo et martyr apud ciuitatem nicos medie passa est.

Que dum esset ancilla cuiusdam tertulij principalis: et a domino suo propter natalem filij hostie dñs immolarentur: illa a conserua domine delata: et de sacrificijs: vt pōte christiana gustare noluisse: verbere diris afflicta est: et a tertulio duro carcere mancipata: ibiq̄ diebus decem fame cruciata est. Quibus a romano prelide cōperris martiam sibi presentari fecit: eamq̄ sacrificare nolentem: vngularum laniatione verari precepit. Sed clamore populū innocentē virginē protestantis: eā ad carcerē duci mandauit. Que dum duceret: manus se tenentiū euadens et fugiens ab ipsis insequitur. Dumq̄ ad saxū collis deuenisset: saxum diuina virtute scindit: et virginem intra se recipiens confestim concludit: et persecutores excludit: ac in testimoniū miraculū frustra aliqua ex vestibis virginis: extra petras concisa dimittitur. Quod illi cernētes: territi saxum circūeunt: nec additum vllum inuenire possunt. Audiens hec preses populū ad saxum concidendū aduocat: vt inde maleficā educat. Sed contraria et fulgura maxima continuo eruperunt: equitesq̄ duo equis igneis insidentes de celo aduolarunt. Populū hō pauentes ad templa deorum recurrerunt: verū erumpentes fulmina duo milia gentiliū interfecerūt. Adolā quoq̄ plurima in puluerem redegerūt. Que videntes multi alij paganorum numero trita milia ad christum conuersi sunt. Preses autem a fulgure interemptus est. Maria hō saxo inclusa migravit ad dominum. Postea quoq̄

De sanctis in mēse nouēbris occurrētibus **So. cclxviij.**

aperto fano: corpus illius a xpianis repertum: dignoq; honore conditū est kalen. nouembrijs.
De sancto Vigore episcopo. Cap. v.



Vigor epi-
 scopus claruit tē-
 pore childeberti
 regis frācorum
 apud oppidū ba-
 iocense: qui attrebatense ciuitate nobilitibus et fidelibus parentibus natus: intra sancti vladasti monasterium habitabat. Dum autē parētes illū inderet

trahere vellent: vt ipm haberent in eoz hereditate superstite: ille assumpto puero theodemiro seculū reliquit: et nesciēs quo pergeret: peregrinari cepit: atq; ad regionem baiocem deuenit: vbi ab āgelo in somnis admonitus ad vicū redeuerū perrexit: illiēq; edificato monasterio ieiunijs et orationibus deo seruebat: multosq; ad dominū conuertebat. Dum autē filiū parvulum mulieris xpiane cōuersum baptizasset: illeq; subita febre mortuus esset: mater pueri cadaver in lectulo suo reposuit: et ad vigore accessdens: mortem filij cū lacrymis nūciavit. Pro quo sanctus vir orationē effudit: et matrem ad domū reuertī mādauit: que iussu illius rediēs filiū sibi vniū occurrētem recepit. Propter qd miraculū multū languentes ad eū accedebant: et tactu illius sani redibant: plurimiq; ad fides cōuersi in xpm credebāt. Hic de possessione viri cuiusdā serpentē qdraginta pedes in longitudine habentē: qui solo flaru hoies et pecora occidebat: oratio suo vt carulū mansuetū ligauit: et vinctū theodemiro ministro suo tradidit: que ille ipm sequentē iussu magistrī ad mare ligatū deduxit: et in vndis demersit. Alius quoq; serpentē de loco: qui dicit cella: et tertium de loco: qui dicit camozon sicut eiecit. Defuncto vero episcopo baiocense a clero et populo in episcopatu electus est. Eius autē comes barthylidus possessionem quandā episcopatus a se occupatam arari faceret: de equo subito corruēs expulsi. Sanctus autē vir multis claris virtutibus fener et plenus dierū in pace quiescit kalen. nouembrijs. Sepultus est in ecclesia baiocensi.

De sancto Marurino cōfessore. Cap. vi.



Marurinus cōfessor apud senonensem ciuitate tēpore maximiani imperatoris claruit. Qui ex patre marino eiusdem ciuitatis nobile ac gentile pgenitus: qui ex precepto maximiani xpianos perse-

quebatur: ipse clanculū animo solo xpianus existens: pro parentum salute ad dominū exorabat. Audiuitq; a domino qd ei ab eo postulata darentur. Et post dies paucos mater eius ad xpistum conuersa: dū patri eandē conuersionē suaderet. Ille ei respōdit qd in nocte precedente per vsum acceperat: qd filio suo in custodia data fuisset: cuius multitudo. Unde ipse marurinus cum vxore et filio marurino annorum viginti a sero polycarpo episcopo baptizati sunt. Eius autē diabolus filiaz maximiani imperatoris oppressisset: et per qd puelle clamaret se a nullo hominū: nisi a marurino senonensi efficiendum: populum quoq; romanū a clade epidemice: quā succurrerat eiusdem meritis liberandū. Impetrato: ad senonem. ciuitatē misit: et marurinū ad se accersiu. Qui romā cum multo honore perductus: prius a comitibus iuramentū accepit: vt si cum rome aut in via mori contingeret: corpus eius ad propriā patriam repositarent. Ceterū nens ergo marurinus romā: imperatoris filiā a demonto liberauit: populo quoq; salutē a pestilentia suis orationibus impetrauit. Et post hec ibidem in pace quiescit kalen. nouembrijs. Eius corpus dū in quodā tumultu posuissent: die sequenti exhumatū inuenerunt. Recordari autē promissionis et iuramentū: corpus roma ad galliam transportatū: et ibidem illud iussu imperatoris digno honore condiderūt apud senonem ciuitatem: vbi et miraculis claret.

De sancto Marcello epō. Cap. viij.



Marcellus episcopus parisiensis fuit: qui apud eandem urbem parisiensem sanctitate claruit. De quo illud memorabile reperit: qd ex his adhuc iuuenis vt dignū monstraret futurū antistes: eius merito tunc aqua in vinū: tūc vero murata est in balsamū. Hic etiam inter alia virtutū eius miraculosa insignia: puellam a morte corporis suscitauit. Qui apud eandem urbem parisiensem sanctitate claruit in pace quiescit kalen. nouembrijs ibidem sepultus.

De commemoratione omnium mortuorum. Cap. viij.



Ommemoro ratio oim fidelium defunctorum sequenti die a festo oim sanctorum fieri ab ecclesia instituta est: videlicet. iij. non. nouembrijs: vt generalibus aliquibus suffragiis adiunetur: qd specialia habere non debent.

possunt: sicut in quadam reuelatione monstratum est: de qua dictum est supra in legenda omnium sanctorum kalē. nouembriis. Circa quam commemoracionem tria videnda sunt: scilicet ipsorum purgandorum conditio futura: ipsorum defunctorum purgatio dura: et ipsorum expiandorum subiectio secura. **Quartum** ad conditio[n]em futuram sciendum est esse locum purgatorij: in quo anime purgantur quorundam mortentium: de quibus inferius dicitur: et hoc probat. **Primo** per locum a sufficiēti diuisione. Nam sicut dicit Augustinus. Omnes qui de hac vita decedunt: aut sunt valde boni: et hi statim euolant ad paradysum: aut sunt valde mali: et hi descendunt ad infernum: aut mediocriter boni: et hi vadunt ad purgatorij. Suffragia autem facta pro valde bonis sunt gratiarum actio[n]e: nec debent fieri scienter: quia ut ipse dicit. In iuriam facti martyri qui orat pro martyre: sed ubi ignoranter fierent ad meritum exorantis cederent. **Item** illud. Oratio mea in sinu meo conuertetur. **Suffragia** autem facta pro valde malis: sunt viuorum qualescūq[ue] consolaciones: pro quibus si de ipsorum damnatione constaret: nulla suffragia fienda essent: ut dicit Augustinus. Si scirem patrem meum esse in inferno non plus orarem pro eo quam pro diabolo. Sunt autem quidam mediocriter boni qui plenam penitentiam non perfecerunt: qui nec adeo boni sunt quin suffragiis non egeant: nec ad eo mali quin eis prodesse non valeant: pro quibus suffragia facta sunt expiationes. **Secundo** probat per locum ab auctoritate. Cum enim christus dicat: Qui peccauerit in spiritu sancto non remittetur ei: neque in hoc seculo: neque in futuro. Concluditur quod in futuro seculo peccata aliqua dimittuntur: sed hec non in paradiso: quia nihil sortidum nihil intrabit in eo coinquinatum. Apocalypsis. xxi. c. Neque in inferno in quo nulla est redemptio. igitur est dare tertium locum in quo dimittantur: scilicet purgatorium. **Tertio** probatur ex ipsa diuina pietate. Cum enim sit impossibile: ut homo non peccet. intra illud. Septies in die cadit iustus: quomodo esset diuine pietatis: ut quis subitanea morte preueniens sic damnaretur de homicidio: sicut et de verbo ocioso. Non enim euolant statim cum decedunt: nisi tria genera hominum: qui significatur per illos tres quibus celum apertum est: scilicet pueri baptisati aut etiam adulti: dummodo decedant antequam acriter peccent: hi significant per christi baptisatum cui celum apertum est. Luc. iij. **Item** sancti martyres qui denorantur per stephanum: lapidatum: qui vidit celos apertos. Actuum. viij. ca. **Item** viri perfecti et iustes sine vilo peccato etiam veniunt: hi denorantur per iohannem perfectissimum qui vidit ostium apertum in celo. Apoca. iij. **Quantum** ad purgationem duram tria videnda sunt: scilicet qui sunt illi qui purgantur: et ubi purgantur: et quanto tempore purgantur. **Circa** primum

sciendum est quod purgantur illi qui satisfactio[n]e sibi iniuncta nondum completa decedunt: verumtamen si haberet tantam contritionem: que sufficeret ad delendum peccatum: liberum ad vitam transiret: etiam si satisfactio[n]e minime compleuissent: quia apud deum non tam valet mensura temporis quam doloris. **Qui** autem non adeo conuertuntur: et ante expletionem moriuntur: igne purgatorij grauissime puniuntur: nisi forte eorum satisfactio ab aliquibus eorum charitate assumat perficienda: et hec debet fieri auctoritate sacerdotis: qui penitentiam imponit: et in casu extreme necessitatis: ubi per illum perfici non possit: et debet perfici pro eo ab hoste existere in charitate: et quod minor pena committitur in maiores: quia plus deo satisfactio pena pro peccato alterna. **Secundum** qui purgantur: sunt hi qui satisfactio[n]em quidem iniunctam compleuerunt: sed tamen illa pena ignorantia vel negligentia sacerdotis sufficiens non fuit. Nam nisi magnitudo contritionis suppleat: isti tales in purgatorio conplebunt quod in hac vita defecerunt: unde si penitentia imposita est maior: tunc illud plus cedit et in augmentum glorie. Si equalis sufficit ad diminutionem totius culpe. Si minor: tunc illud quod restat: supplebitur ex virtute diuine iusticie. **Tertium** qui purgantur: sunt illi: qui lignum fenem et stipulam secum ferunt: scilicet affectiones carnales quibus dediti sunt: ita tamen ut nisi deo preponant. Isti enim illis tribus significatur: qui per suos amandi modos: vel diutius ut lignum: vel minus ut fenem: vel minimum ut stipulam cremantur. **Circa** secundum ubi purgantur: sciendum est quod est purgatorij generale et speciale. Generale est in eodem loco quo et infernus: et eodem igne damnati cruciatur: et saluandi purgantur: sicut idem ignis ligna consumit: et aurum purificat: quicquid est ignis est miro modo gratus cum excellat omnem penam: quam vnquam quis passus fuerit in hac vita: sed martyres mirabilia passi fuerint tormenta. **Habent** tamen illi qui sunt in purgatorio triplex remedium: quibus damnati carent. **Primum**: quia certi futuram gloriam prestantur: habent enim certitudinem de gloria: minorem quidem quam existentes in patria: sed maiores quam existentes in via. **Secundum**: quia a demonibus non cruciatur. non enim est conueniens: ut quorum in hoc mundo extiterit victores: eos habeant in purgatorio penarum illatores. **Tertium**: quia ab angelis bonis sepius visitantur: qui eos in spe certa future glorie confirmant: et bona que pro eis in hoc mundo fuerint illis annunciant. **Speciale** hoc purgatorij est illud quod dicitur in diuersis locis pluribus amabimus purgandis sepius deputare credidit. **Quod** quidem facit deus propter quinque rationes. **Primo** propter earum leuem punitionem: sicut aliquibus secundum gregorium reuelatum est: animas quasdam in umbra punitas esse. **Secundo** propter earum celerem liberationem: ut scilicet possint

De sanctis in mēse octobris occurrētibus Fo. cclxix.

uas indigentias alijs reuelare: et sic eorū suffragia petere: et per consequens de pena celeris exire. Sicut legitur de sancto theobaldo: quod eius piscatores in autūno frustum glacie per pisces prandiderunt: quod dum pedibus episcopi podagra laborantis pro eius refrigerio supponeretur: audiuit vocem de glacie dicentis se animam esse vni peccatoris: qui in illa glacie purgatur: qui liberari posset: si triginta missas pro eo continuatis diebus celebraret. Quas dū sanctus his inchoasset: et diuersis causis demone hoc agente intermisisset: tertio missas contínuauit: et frusto glacie dissoluto anima peccatoris ad celos ascendit. **T**ertio propter nostram intractationem: ut scilicet magnam penam in singulis peccantibus invita futura cognoscamus: sicut apparuit in quodam scholari: qui dum post eius obitum magistro suo cum capa de pargameno plena soporosis apparuisset: eamque plures turrim sibi pōdere diceret: et magister penam illam leuē iudicaret. Ille guttamynā sui sudoris in palmam magistrī cadere dimisit: que manum eius sicut sagitta perforauit: et cruciatum mirabilem sensit. vnde magister territus seculo renūcians religionem intrauit. **Q**uarto propter culpe in loco peccatione: sicut legitur quarto dialogo: quod presbyter propter corporis sui necessitatem balneum frequētās semper inuenit: vnum sibi ibidem ministrantem. **L**us dum vice quadam pro mercede panē benedictum offerret: audiuit ab eo: quod fuerat aliquando dominus loci illius: sed pro culpis suis ibidem post mortem fuerat deputatus: rogans ut pro se panē illum deo offerret: et sic expiari posset: quod dum presbyter per dies septem pro eo celebrasset: et ad balneum redisset: illum minime amplius inuenit. **Q**uinto propter alicuius sancti orationem: sicut legitur de sancto patricio episcopo: ad cuius orationē deus in hibernia purgatorium vnum constituit: de quo dictum est supra in eius legenda. xvi. kal. aprilis. **E**t ca terram seorsum quanto tempore purgatur: sciendum est: quod tempus debet culpe correspondere. **D**eus enim qui modos et mensuram peccatorum experiarum nouit: penam cum culpa commensurat: vel temporis diuturnitate: vel pene acerbitate: ut si verbi gratia: quis peccatum commisisset: propter quod per annum in purgatorio stare deberet: tunc ad diem iudicii: non nisi mensis vnus restaret: quia tunc purgatorium finiri oportet: deus tunc propter temporis breuitatē aggravaret pene acerbitem. **Q**uantum vero ad subuentionē securam quattuorvidēda sunt: scilicet: quibus subuenitur. **P**er quos subuenitur. **P**er que et qualiter subuenitur. **C**irca primum sciendū: quod dānāris nullo modo subuenitur: neque quo ad liberationem: ut scilicet ab ipsis penis liberentur: nec quo ad mitigationem: ut scilicet in eis diminuantur: nec quo ad suspens-

ionem: ut scilicet ad tempus etiam minimum eorū pena suspendatur: nec quo ad fortificationē: ut scilicet ad tolerandum leuius roboventur. **Q**uārum enim ad aliquod horū in inferno nulla est redemptio. **S**ubuenitur autem illis qui in vita sibi meruerunt: ut eis talia prodesse possint: videlicet illis qui in statu gratie decedentes aliqua secum purganda tulerunt: de quibus supra dictum est. **C**irca secundum sciendum quod debet istis subueniri per homines qui sunt in tali statu: quali et illi decesserunt: scilicet in statu gratie. **A**lloquin si suffragia fiat pro defunctis existentibus in mortali: nihil animabus profunt: sicut nec sibi ipsis prodesse possunt. **H**oc autem fallit in duobus casibus. **P**rimo cum quis decedens in charitate ordinat sibi de proprijs facultatibus per aliquem subueniri: quibus enim talis voluntatē defuncti exequens sit in peccato mortali: profunt tamen illi tales elemosine: quod fiunt in personā existētis in statu gratie. **S**ecundo cum quis defunctis subuenit in personam ecclesie: ut si sacerdos existens in mortali etiam spore celebret pro defunctis: quia enim hoc facit in personam ecclesie: profunt defunctis illa suffragia: quia nomine ecclesie fiunt: que semper sine macula consistit: et omnia per spiritum sanctum operatur. **C**irca tertium sciendum: quod suffragia pro defunctis: quedā sunt realia sicut elemosine et oblationes: quedam personalia: ut ieiunia et peregrinationes: quedam homo mixta: ut ecclesie orationes: et potissime missarum celebrationes. **Q**uod autem primum: scilicet elemosine profunt pro defunctis: patet ex eo quod legitur secundo machabeorū. xij. **Q**uoniam vir fortissimus iudas collatione facta duodecim drachmas argenti misit hierosolimā offerri pro peccatis mortuorum etc. **Q**uod hoc secundum scilicet ieiuniorū observatio et oratio eis profunt. **B**re go: pbat in. iij. dialo. p. multas auctoritates et exempla que causa breuitatis omittuntur. **Q**uod autem tertium: scilicet missarū celebratio eis profunt pbat idē in eodē lib. quod dū quidā frater mortuus esset: et. iij. aureos habere reperi fuisset: iussit eū gre gorius in sterquilino sepeliri: et pro eo usque ad dies. xxx. missam celebrari: quibus expletis anima illius cuidā fratri apparuit: et se propter talem missarū celebrationē a purgatorio liberatū esse dixit. **C**irca quartum scilicet: scilicet qualiter subuenitur: sciendū est quod suffragia aut fiunt per mortuis generaliter: et tunc generaliter profunt: aut specialiter: et tunc specialiter profunt illis pro quibus fiunt: si indigent: si aut non indigent huiusmodi dispensationē illis qui magis indigent attribuant. **E**t hoc intelligas quantum ad expiationem. **N**ā suffragia mortuorum habent ultra expiationē virtutē in penis committendi. **E**t hoc omnibus equaliter prodest: siue stant generaliter: siue specialiter: sicut patet exemplū in candela: que accensa pro vno existente in carcere: sic alijs lu-

cer: ac si pro singulis accensa fuisset.
De sancto Iusto martyre.

Cap. ix.

Iustus martyr apud tergestinam civitatem aquilese pvince passus est: repositus diocletiani et maximitiani imperatorum sub manatio prefecto. Qui dum ad prefatam urbem devenisset: iustum comprehensum fecit: et sibi presentari cepit suadere: ut deus sacrificaret. Qui cum domino iesu christo se sacrificare diceret: iussit eum in carcerem trahi. Eiusque tota nocte in oratione perseverasset: mane ductus et in mare recusantem: fecit eum manatum extrorsum neruis crudis cedi: sed cum illum omnino inuictus cerne ret: mandavit in collo eius et manibus: ac pedibus plumbi pondera ligari: et sic in profundum maris demergi. Qui quasi ad epulas invitatus ipse si bimem pondera plumbi deferebat: et vale dicens fratribus festinando ad litus properabat. Sicque ad locum ductus: et plumbo et alligato in scapha modicissima pontis ductusque in altum pelagi: oratione fusa in mare demergitur: ut autem spiritum deo reddidit: mox funes eius cum plumbo dirupti sunt: et corpus ad litus tergestine civitatis ab undis deductum est ante solis occasum. Eadem nocte apparuit sanctus martyr: cuiusdam presbytero nomine sebastiano: iubens ut corpus eius tolleretur: et cum indulgentia sepeliret. Qui convocatis pluribus christianis: corpus ipsius in litore inventum: intra ipsum locum honorifice tumularunt. Qui passus est. iiii. non. novebris.

De sancta eustochio virgine et mar. Cap. x.



Eustochium

virgo et martyr apud tarsum cilicie passa est sub iuliano imperatore. Qui cum ibidem existens cum populo deus gentiliu sacrificasset. Eustochium sacrificare nolentem pro nervis bubalis cedi fecit: deinde cornibus capreolarum vngulari precepit: partibusque carnes eius cecidit. Deinde caput eius cum capillis excoxiari et clavos infligi. Et cum hec omnia constanter me tollerasset: et imperator sententiam protulisset: ut membratim coccis in sartagine toreret orans ad dominum emisit spiritum. Sepultaque est a matre propria in abditissima crypta. iiii. non. novebris.

De sancta Eustochio virgine. Cap. xi.



Eustochium

virgo sacratissima: paula nobilissime romane filia: et beati hieronymi discipula fuit: De qua idem testatur hieronymus quod in sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosissimum fuit.

simum fuit. Cum vero mater eius omni relicto seculo et mundanis divitiis ac filiis cunctis: ex urbe roma progressa hierosolimam deo servitura navigaret: hec sola eius propositi et navigatoris comes extitit: sicut supra actum est in vita pauli. vi. kalen. februarii. Et cum eadem esset mater apud oppidum bethleem cenobium construxit: et cum eadem et alijs sanctis feminis sub beati patris hieronymi disciplina: deo devote servavit: atque post dormitionem genetricis. i. et eo amplius puellarum mater extitit. Cui beatus doctor regulam deo vivendi constituit et dicitur. Ipse autem ieiunijs et orationibus sacrosanctis liberos per studijs interea solite: post agones plurimos pro christo superatos in virginitatis proposito in pace quiescit. Sepulta apud bethleem. iiii. non. novebris.

De sancto Victorino episcopo mar. Cap. xii.



Victorinus

episcopus sub diocletiana persecutione martyr: passus est: qui scientia et doctrina clarus opuscula nonnulla sacre fidei perutilia composuit. Eodemque tempore cum edidit in geneesim: Exodum: Leviticum: Esaiam: Ezechiel: Abacuch: Ecclesiastem: Laticam canticorum: et apocalipsim. Adversum omnes fere hereses libros plurimos scripsit: multaque alia gradioribus sensibus compositione verborum: neque enim eque latina: ut greca lingua pollebat. Sub prefato tandem principe pro eiusdem defensione fides: martyrio vitam apud eandem urbem finivit. Ibi que tumulari faceret. passus est autem. iiii. non. novebris. Hec hieronymus libro de virtutibus illustribus.

De sanctis alcindino pygastio et aneporhysto martiribus. Cap. xiii.



Palcindinus

pygastius: et aneporhystus apud persidam passi sunt sub sapore rege persarum: qui eidem regi delati quod christum colerent: et multos converterent: inveniuntur in cella orantes: et a ministris regis capti educti sunt. Dum autem christum confiterentur: primo verberibus durissime cedi sunt: mutatis super singulos eorum in cedendo. x. viris. Rex vero cecidit quasi exanimis: tandem ad se rediens: eos sursum appendi: et deorsum extendi: ac ignem super terponi fecit. Sancti vero christo et apparente te illi ab igne permanserunt: et a vinculis absoluti sunt. Rex autem mutus effectus est: et

ministrī quasi amentes erant: ita vt nec nutus
 euz intelligere possent. Post hec apparuit
 sanctis martyribus exercitus angelorum: quibz
 orantibus lingua regi restituta est. Tunc
 mandāte rege sancti super lectos ferreos ster-
 nuntur: et carbones subtermittuntur: sed a voce
 celsa cōfortant: plurimi ad dominū conuertū-
 tur. Deinde pluuia maxima inundante: et ange-
 lis eis in albis de celo aduolantibus ignis ex-
 tinguuntur: et sancto: si vincula dirūpūt. Eūqz
 eis rex blandiretur: vt sacrificarēt: eosqz in cur-
 ru suo leuasset: et ad templum iouis adduxisset
 orationem fuderunt ad christum. Gratinqz fa-
 cto terremotu magno idolum cecidit: et rex
 territus fugit. **¶** Iterum quoqz sanctos mar-
 tyres derentos nudos et cathenis obligatos
 rex mitri fecit in cacabos plūbo: resina: et pice
 bullentibus plenos. Verum oratione ad deus
 fusa: sanctorum cathene cōfracte sunt: et cacabi
 vacui sunt reperti: ac omnino reperfacti. Quod
 cernēs miles quidam nomine antoninus con-
 uersus est: et in christi confessione a rege decol-
 latus: atqz a fidelibus sepultus. Deinde man-
 dauit sape: martyres corūns tauro: um includi
 et in mare factari. Et continuo sanctus martyr
 antonin⁹ eis cum tribus angelis apparuit: et
 coria scidit: sanctorqz illesos super yndas ma-
 ris ambulantes ad littus perduxit. Quo mira-
 culo. xxviii. gentiles ad fidem christi conuersi
 sunt. Sed iratus rex sanctos martyres vna euz
 prefatis. xxviii. nuper conuersis in ignem co-
 piosum mitri precepit. Qui solas animas xp̄o
 reddentes corporibus iniustis omnino perma-
 nentibus sp̄i multis cernētibus ab angelis in
 nubibus suscepti sunt: odorqz mirus ex corpo-
 ribus refragauit. Qui passi sunt. iiii. nonas
 nouemb̄is.

¶ De sancto Theodoro ep̄o. Cap. xiiii.



Theodo-
 rus ep̄s cyrie
 ciuitatis a cy-
 ro cōdite nō
 solum verbis
 sed etiā rebz et virtutibz exti-
 tit coronat⁹. Qui multa volu-
 mina scripsisse dicitur: sed de plu-
 ribz paucoz istoz ad nos no-
 titia peruenire potuit: vt gē-
 nadus de v̄tris illustribus restatur. Nam scri-
 psit de incarnatione domini aduersum euthe-
 cen presbyterum et dioscorum alexandrinum
 ep̄iscopū dicta fortia. Item ecclesiastice histo-
 ric libros imitatus eusebium: et a fine multozū
 eius incipiens vsqz ad leonis senioris tempora
 deduxit. Sub quo et apud laodicā ciuitatē in
 xp̄o quiescit. iiii. non. nouemb̄is.

¶ De sancto Ambrosio ab-
 bate. Cap. xv.



Ambrosi-
 us abbas mo-
 nasterij agau-
 nensis: prius
 apud lugdu-
 num ciuitatē monasterij insu-
 le barbarie p̄ fuit: et magnis
 illi vite ac sanctitatis virtu-
 tibus clarus. Cum ad dictuz
 cenobiaz agaunū ob egregie
 religionis normā translatus fuisset: beato fine
 in dño requieuit. iiii. non. nouemb̄is. Qui⁹ corpus
 apud idē monasteriū sepultū tacet: et signis atqz
 miraculis gloriose refulget: vt dicit ado.

¶ De sancto Quarto discipulo. Cap. xvi.



Quartus discipul⁹ ex
 iert⁹. a xp̄o electus vnus fuit: qui
 sub disciplina postmodū. xij. apo-
 stolorū claruit: vt abbas doiothe⁹
 tradit. De hoc etia ap̄ostolus ad
 Romani. xvi. mentionē facit. Hic ep̄iscopus be-
 rryi ab ap̄ostolis cōstitut⁹ extitit: et officio pre-
 dicationis se exercitans apud eandē ciuitatez
 quiescit. iiii. non. nouemb̄is.

¶ De sanctis martyribus qui dicuntur
 massa candida. Cap. xvii.



Martyres s̄a-
 cti: qui dicuntur
 massa cādida fue-
 rūt innumera mar-
 tyrū multitudo in ciuitate ce-
 sar angusta hispanie puincie
 sub dariano p̄siede p̄ christo
 passozū. Cum em̄ p̄fatus p̄s-
 es in ipsa vrbe. xviii. marty-
 res interfecisset cum virgine
 eugra. de quibus dictū est in eoz passione. xvi.
 kalen. maij. Videns q̄ quanto plus conabatur
 christianos extinguere: rāto magis eoz multitu-
 dīcāba fides: et collegiū augebat: simulata pa-
 ce ecclesijs reddita: misit edictū ficte: vt xp̄ia-
 nis latentibus liceret suis legibz vti. Quibz ad
 publicū prodeūtibz: et christum laudantibus
 eoz multitudine in p̄dicta ciuitate cōueniente
 cōgregauit exercitum paganoz: iannasqz vrbis
 claudī iussit: ne quis eoz euaderet. Dēs quoqz
 xp̄ianos ibidē repertos armati gētilēs ex ab-
 ditis exētes gladijs trucidarūt. Corpora hō
 in acruos maximos collecta combusserunt: et
 cineres in ventū disperferūt. Qui p̄pter eorum
 innumerabile multitudinē massa candida ap-
 pellant: vt dicit frater vincētus. Quoz passio
 recollitur. iiii. non. nouemb̄is. Sūt aliū. ccc. mar-
 tyres: qui massa candida dicuntur: de quibus su-
 pra dictum est. ij. kalen. septemb̄is.

¶ De sanctis Germano et socijs mar. Cap. xviii.

Ermanus:



Etheopolus: cesarius et vitalis martyres apud cesaream cappadocie sub persecutioe decij cesaris optime duxerunt martyrium. Quo tpe: vt scribit hieronymus: vni erat xpianis p xpi noie pcuri: veruerit callidus hostis tarda ad morte suppli-

cia conquerens animas cupiebat iugulare non corpora: et vt ipse qui ab eo passus est cyprianus ait: volentibus non permittebatur occidi. Quo tempore passi sunt illi duo iuvenes de quibus in vita sancti pauli primi heremite dicitur: vt supra dictum est in eius vita quarto idus ianuaris. Passi sunt prefati sancti martyres germanus et socij. iij. nonas nouembrijs. Hec hieronymus in martylogio suo.

De sancto Thelmo martyre. Cap. lxx.



Thelmo martyr in anglia passus est. Dicitur fuisse filius cenelphi mercatoris regis. Que ille moriens dixit sorori sue tunc septennem commisit alendum. Illa vero mortuo rege falso si di regnum presagens infansulum occidendum satelliti:

qui eius erat alumnus tradidit: preciumque promisit. Qui puerum venatum ducens inter fructa obruncauit. Hoc autem celatum in anglia statim diuinitus innotuit. Nam columba de celo aduolans super altare sancti petri rosmine descendit: et membranam anglie elementis scriptam derulit: atque in altare deposuit: cuius tenor: necem pueri martyris: et sepulturam per ordinem prodidit. Que a quodam anglico interpretata est. Statimque papa per epistolam regibus anglie directam compatriotam martyrem indicauit. vnde frequenti cultu corpus innocenti de loco vbi iacebat sollemniter leuatum est. Cum autem ferretur vincencumbam clericis et laicis canentibus: dyda parricidialis e fenestra cenaculi caput extulit. Et forte psalterium legens peruenerat ad ps. Deus laudem meam ne tacueris. quia a fine nescio quo presagio retrograde dicens: nitebatur cantantes infringere. Tunc virtute diuina oculi illius a capite euulsi versum illum. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi et c. cruore polluerunt. Et in ipso libro vsque hodie extat cruoris insignita immantatatem mulieris et vitionem dei spirantia. Passus est autem sanctus martyr: tertio nonas nouembrijs. Hec guselmus.

De sancta Alpa de virgine.



Alpides virginis go de tudoro circa annum domini. M. c. lxx. sanctitate nimis clarus est. Que multis annis in corpore degens infirma sine villo cibo permanit. Hec genere infirma officioque bubulca: san-

ctarum scripturarum intelligentiam diuinitus obtinuit: et mire pendente consilio habuit. Que si agello domini diuitius attrita est: adeo vt propter effluentem de corpore sanctam etiam suis fieret in horrorem: patientia autem summa preclara: nec aliquando conturbata visa fuit. Nullumque cibum per annos multos transire valuit: nisi solum eucharistiam sacram: et lecto decubans non nisi ab altero moueri potuit. Hec autem a deo accepit: vt sepissime in excessu rapta: a gelo duce: et loca penarum et gloriam sanctorum percurreret: et occultas visiones aspiceret. Frequenter autem in solentatibus christi vel eius matris rapta mundum totum quasi in pile specie intuabatur: et ea que in mundo fiebant contemplantur. ad corpus quoque rediens multa occulta et secretissima dicebat: et quedam ex his que viderat reuelabat: quedam vero a deo premonita occultabat: plerumque etiam futura predicebat. Quieuit autem in pace apud tudortum tertio nonis nouembrijs. Hec et gestis francorum.

De sanctis Vitale et Agricola martyribus. Cap. lxxi.



Vitalis agricola martyres passi sunt in puincia italie in ciuitate bononiensi temporibus diocletiani et maximiani imperatorum: quorum passionem sanctus scripsit Ambrosius. Fuit autem vit-

talis seruus agricolae: nunc vero conuersus et collega martyrum: precessitque seruus vt videret locum: secutus est dominum secure: quo datam fide seruul iam inueniret paratam non alienam. Cum ergo sanctus vitalis cogeretur a persecutoribus vt christum negaret: et amplius domini fidem profiteretur: omnia tormentorum genera in eum exercitantes: vt non esset in corpore eius sine vulnere locus: oratione fusa ad dominum emisit spiritum. Sanctus vero agricola multos habebat moxibus vt ab ipsis etiam inimicis diligere: ideoque viderentur eius passionem. Denique vbi non acquiescit persecutoribus: sanctus agricola crucifixus est. Quorum corpora in iudeorum solo sepulta sunt. Post multos autem annos idem locus sancto

De sanctis in mense nouēbris occurrentibus Fo. cclxxi.

ambrosio ep̄o mediolanensi reuelatus est. Qui
uentens bononiā cōuocatis clero ⁊ populo ad
locum accessit: ⁊ effosso solo marryrū reliquias
inuenit. Ea q̄ deuore leuata in eadem ciuitate
sepeluit. Passi sunt aut̄ pridie noī. nouēb.

De sancto Amantio presby
tero. Cap. xxij.



Martinus

presbyter apud
tyferna tyberia
naz ciuitate cla
ruit tēpore bea

ti gregoriū pape. Qui hoc spe
ciale in se virtutis habebat:
vt apostolorū more manus su
per egros imponeret ⁊ salutē
restitueret: ⁊ quilibet vehe

mens egritudo ad tactum illius abscederet.
Dic insuper hoc in se habebat miraculū: quia in
quolibet loco quīs inmanissime asp̄tatis ser
pentem inueniret: mox vt eum signo crucis si
gnaret extringuebat: ita vt diruptis visceribus
moreretur. Quem si quando serpens in forami
ne fugeret: signo crucis os foraminis benedice
bat: statim q̄ ex foramine serpens iam mortuus
traheretur. Hic tempore quodam ad beatum
est adductus Gregorium: quem in domo infir
morū beatus pontifex diebus aliquibus ad
manendum posuit: vbi quidam inter egros al
os mentecaptus et freneticus facebat. Qui
nocte quadam cum magnas voces: scilicet vt in
sanus ederet: cunctos egros immanis clamo
ribus perturbabat: ita vt nulli illuc somnū cape
re liceret. Tūc sanctus presbyter de stratu suo
surgens ad locum frenetici accessit: et super
eum positis manibus orauit: mox q̄ illum mel
ius habentem tulit: atq̄ in superiora domus se
cum ad oratorium duxit vbi pro eo liberius ora
tioni incubuit: ⁊ statim eum sanum ad lectum
proprium reduxit: ita vt nullas vterius voces
ederet: neq̄ egrotorum quenq̄ aliquo clamore
turbaret: qui et apud predictam ciuitatem in
pace quiescit pridie noī. nouēbris. Hec Bre
goz. iij. dialogorū. cap. xxx.

De sancto Hiero presbytero. Cap. xxij.



Hiero presbyter apud

alexandriam claruit. Hic vir
acerrimi ingenij i diuinis scri
pturis notabiliter crudis fu
it: vitaq̄ purissimus ad diuinā

q̄ philosophiam penitus expeditus: doctor ec
clesie incomparabilis maxima sapientia reful
sit. Qui tractatum longissimum super esaiam
prophetam edidit. Et tempore philippi impe
ratoris apud eandem ciuitatem in pace quies
cit pridie nonas nouēbris: vt ait Hieronymus
libro de viris illustribus.

De sancto zacharia sacer
dote. Cap. xxij.



Zacharias

sacerdos ⁊ pphe
ta pater iohānis
baptiste in dieb

herodis regis iudee claruit:
de cuius sanctitate in princē
pio euangeliū luce plurima p̄
clara testimonia describunt.
Fuit enim de vice abie ex fi
lijs aaron de tribu leui: sicut

dicitur est supra de eo in natiuitate sancti iohā
nis baptiste octauo kalen. iulij. ⁊ in eius conce
ptione octauo kalen. octobris. vbi etiam de or
tu filij: et de miraculis: que in eius natiuitate
apparuerunt: et de prophetia ipsius zacharie
tractatum est. Cum igit christus puer ab herodē
de quereretur occidendus: ⁊ ex hoc ipse herodē
des innocentes perimeret. Helisabeth audi
to: q̄ Iohannes eius filius similiter quere
tur qui christum erate sex mensibus precede
bat: accepit paruulum: ⁊ cum eo aufugit. Ascē
so autem ex celso monte iude: circumspectis vbi
eum absconderet: visis interfecto: ibus se inse
quentibus timuit: ⁊ orationem ad deum pro fi
lij salute fudit. Gratinq̄ mons se aperuit: et
Helisabeth cum filio intra sui abdita suscepit:
atq̄ persecutores exiuit. Quib̄ intra mōtis
tenebras lux diuinitus apparens eos conforta
bat: ⁊ angelus domini illis necessaria ministra
bat. Cum autem missis satellitibus ab herodē
de zacharias vbi filij esset: interrogatus esset:
⁊ ille se eum vbi forerignozare diceret: atq̄ im
p̄teratē herodis redargueret: christumq̄ na
tum ex virgine predicaret: qui regnum israel
accepturus esset. Herodes iratus misit nocte
carnifices: qui zachariam inter templum ⁊ ab
rare: vbi virgo beata educata fuerat iugula
runt. Mane autem facto dum ceteri sacerdos
tes templum adentes zachariam: vt ad eos
exiret: more solito expectarent: ⁊ iam hora tar
dior esset: vnus illoz intrans sanctuarium rep̄
perit sanguinem zacharie: vt lapidem coagula
tum. Auditaq̄ est vox de celo: q̄ zacharias occi
sus esset: ⁊ q̄ sanguis eius ex israel nō esset de
lendus: donec exurgeret: qui eum vindicaret:
qui foras egressus hec omnia ceteris nuncia
uit. Illi nō timentes quasi frāgozem lapidum
audierunt: ⁊ corp̄ sancti non inuenerunt. Pas
sus est autem sanctus martyz nonas nouēbris.
Corpus autem eius post longa tempora apud
hierosolymorū templum inuentum: ibidemq̄
dudum tumulatum iacuit. Nunc nō quiescere
dicitur venetis in monasterio dominarum ei
nomini fundato.

De sancta Helisabeth vxore za
charie. Cap. xxv.

Elisabeth



uxor zacharie sacer
dotis pdicti et mar
ter iohannis bap
tiste

fuit de filiabus aaron: cui
sanctitas in euagelio luce co
mendat. Nec autē cū iohāne na
to parvulo in latibulo spelun
ce: de qua supra ptīme dictum
est: latuit donec imantaris be

rodīs persecutio facta in nece parvuloꝝ cessa
uit. Et tunc filium vsq; ad annos. vii. enurruit:
qui eadē erate antra deserti petijt. Mater hō
modico post tempore superuixit: et sanctitate et
gratia plena ad xpm in pace migravit. Sepul
ta in domo propria in montana iuda. Dicitur
autem helisabeth cognata virginis marie: quia
consobrina eius fuit. Anna enim et esmeria fue
runt sorores filie agarin: de anna nata est virgo
maria: de esmeria nata est helisabeth et elud: de
elud natus est emineu: de emineu natus est san
ctus Seruatius episcopus traiectensis: de quo
supra dictum est. iij. idus maij.

De sancto zacharia papa.

Cap. lxxvi.



Zacharias

natione grecus ex
patre Pollochro
nio: gregorio. iij. ro
mano pontifici in episcopatu
succesit: et sedit annos decem:
menses duos: dies. xv. vir mi
tissimus: atq; suauissim⁹: om
nib; bonitate ornat⁹: amator
cleri et populi totius: tardus

ad transcendendum: et velox ad miserandum: nullis
malum pro malo reddidit: suis etiam persecu
torib; bona pro malis restituit. Hic inuenit om
nem Italiam turbatam simul et ducatum roma
num: persequente liudprando longobardorum
rege: ac romane ecclesie iura auferente. Tantā
hō deus huic pape gratiam contulit: vt etiam
pro salute populi animam ponere non dubita
ret. Qui prius missa legatione ad eundem res
gem. Post ipse psonaliter veniens salutaris illa
verba predicauit. Tulus ammonitione inclina
tus rex ciuitates romane ecclesie pertinētes: q̄
per annos triginta ablate fuerant reddidit: et
pacem cum potifice fecit: captiuosq; plurimos
romanoꝝ quos tenebat: dimisit. Ipsa quoq;
pat per annos viginti perdurauit. Hic autem
pontifex magni meriti et sanctitatis clerum su
um valde dilexit: vt pote pater et bonus pastoꝝ
omnes amplectens et vtilliter fouens et nemine
eorum tribulanti: vel egere permitens. Cui⁹ tē
poribus in magna securitate et letitia populus
adeo ei commissus degens vixit. Hic consti
tuit filij compatrium se in matrimonio nulla

tenus iungerent. Hic dialogorum libros de la
tino in grecum translatis: quia vtriusq; lingue
peritus fuit. Hic etiam in lateranensi. ecclesia
corpus beati Beozgij martyris cum epitaphio
grecis litteris eparato repperit: et cum magna
solennitate ad velum aureum ecclesiam sui no
minis condidit. Ibiq; ipsum reposuit. Et om
nibus plene et perfecte dispositis in summa pa
ce moritur: et apud sanctum Petrum sepelitur.
Ibiq; virtutibus pollet.

De sancto Malachia episcopo. Cap. lxxvij.



Malachia epi

scopus in hibernia
claruit tempore eu
genij pape. iij. Lu

tus vitam beatus bernardus
scripsit. Hic ex parentib; chri
stianis in hibernia natus: sa
crisq; litteris a pueritia eru
ditus in ciuitate armachia vi
ginti quinq; annorum presby
ter factus verbū dñi instantius pdicare cepit.
Deinde marcū senē ep̄m lesiuoz ad iēs: vt ab eo
diuinitis plenius informaretur: qui etiā ep̄s mis
raculoꝝ signis clarebat: cū eodē p aliquot mā
sit annos. Cū autē p sorore sua defuncta quo
tidie celebraret: et occupatus alijs p dies. xxx.
missam intermisset: nocte sequenti vidit p spm̄
sorore se diebus totidē nihil gustasse conque
rentē. Et cū pro eius expiatione celebratōnis
missarū resumpisset: visa est sibi vsq; ad limen
ecclesie peruenisse. Iterūq; in eodē pseuerans
vidit illā ecclesiam introisse: sed altare cōtingere
nō posse. Et rursus missas psecut⁹ vidit eā in
ter candidatoꝝ numerū aggregari: et sic eā in
tellexit ad celos euolasse. Postmodū autē in lo
co becoꝝ sibi a diuine quodā oblato monasteriū
reparuit: qd̄ dudū antea fuerat deuastatum: de
quo olim sanct⁹ colūban⁹ ascēderat. Ibiq; cuz
t. monachis abbas ip̄e deo seruire cepit: vbi dū
vnus ex eis operarijs ligna cederet: et securis
ferrū de manub; eo exisset: innocato malachia
ferrū vestes illi⁹ solūmodo cōcidit: s; carnē ois
no nō tetigit. Ibi etiā oppssum quēdā cui insa
niētī demō suadebat: vt abbatē cultello pcuter
ret ab infestatione maligni sp̄s liberauit. Et
michaelē clericum a graui dysenteria sanauit.
Cūq; esset annoꝝ. xxx. quib; inuit⁹ electus
est ep̄s comerorū. Et cū electioni renūciare vel
let: tadē mādato sui magistrī ep̄i lesiuoz acque
uit: et ep̄atus curam suscepit: vbi populū valde
rebellē deo et clero: ac eccl̄is infestū: ad p̄niam
summa sapientia et mira difficultate reduxit: et
ad bene viuēdū informauit. Post hec dū celsus
armachan⁹ archiep̄s infirmat⁹ esset: seq; moꝝ
cōspiceret: suis clericis psuasit: nullū nisi mala
chiam ep̄m eligēdū: ad extirpandā porissime quo
rūdā prauoz potētū p̄suetudinē: q̄ nemine nisi

De sanctis in mēse nouēbris occurrētibus Fo. cclxxij.

de eorum parentela archiepiscopum eligi per-
mitterebat. Jamq; per. xv. eporum successiones
talis corruptella inoleuerat. **S**oruo igit archie-
pescopo cello malachias ab eis electus est. Qui
licet dudū renitens tandē vt ecclesiā eorū a ser-
uitute eriperet acquireret: promissione tamē ab
illis p̄suscepta: vt delecto pessimo more: liceret
sibi alium in ecclesia armachani. substituere:
et ad suam conuersionem ecclesiam redire.
Hoc autem malachias magis ad consentiendū
mouit: qz paucis antea diebus viderat speciosam
mulierem se sponfam celi archiepi asserē-
tem: sibiq; celi baculus cōmendantē. Interea
hō mauritius quidā de iniqua progenie in ar-
chiepiscopatu intrusus est. Sanctus autē vt
scandalū evitare cupiens illo presidente furo-
cessit. Sed mauritius diuino iudicio post an-
nos. v. decessit. Dū aut nigellus quidā de eadē
p̄genie succedere niteretur: malachias in bra-
chio populi ab ipso rege in archiepiscopatu de-
ducitur: et omnes emuli repelluntur. Eum autē
nigellus cum fauoribus et armatis viris resi-
stere presumeret: et tam ipsum q̄ regē interfice-
re vellent: subito nūmia tempestas exoritur: au-
torūq; litris et seditionis cū tribus consortibus
a fulminibus occidunt: ceteri quoq; hinc inde
dispurguntur. Sanctus hō malachias anno:z
xxxvij. in ciuitatem et ecclesiam introducit: et
in archiepiscopatu sublimatur. **M**ultas autē
postmodum persecuciones ab emulis passus:
omnes tandem deo largiente deuicit: et nigel-
lum ad penitentiam et obedientiā reduxit: qui
etiam sacra quedam que de ecclesia asportauerat
retrulit. **M**ulier quedam de attrinētibus
aduersariorū: que archiepiscopo predicanti
conuicia multa intulit: subito cunctis videntibus
in amentiam cōuersa: post dies paucos in-
fessit et expirauit. Sicq; armachana ecclesiaz
vir dominū a pestifera consuetudine purifica-
uit. Dum autem ad ecclesiam p̄tinē redire vel-
let: et populus omnino reclamaret: gelasii quē-
dam presbyterum pro se in ecclesia prima sub-
stituit. **M**ultis quoq; in vita sua miraculis cla-
ruit. **I**n eboracensi ciuitate equū quem dure
portantem a nobili quodam oblatum: dum ali-
quantulum equitasset: comodus subito et sus-
ficiens factus est: ac de nigro pilo in album:
cōuersus. **D**einde claravallense monasteriū
accedens sanctum bernardum visitauit: qui ab
eo mire edificatum se dicit. **I**n hypozegia ciui-
tate filium hospitis sui in extremis laborantē
continuo sanum effecit. **E**t dum papā innocen-
tium scdm romā veniens visitasset: quartuor ex
eius socijs claravalle dimissuros p̄dixit: et vt
p̄dixerat: sic euenit. Nam duo ex ipsīs ibidem
decedentes sepulti: aliq; hō duo effecti sunt mo-
nachī. **R**epatrians autem cum scortiam per-
uenisset: filium Dauid regis scotorum ad mor-
tem decumbentem: aqua aspersum benedicta

ilico sanauit. **E**t in villa que dicitur crudetto pa-
elle mute loquelam restituit: atq; aliam freneti-
cam liberauit. **D**um infirmus quidam in hē-
bernia: qui multo iacuerat tēpore: lectum ma-
lachie solūmodo ascendisset: cōtinuo ab omni
languore sanatus surrexit. **I**n languia puerū
a demonio liberauit: et freneticam mulierē com-
porem mentis effecit. **A**liam quoq; matronā
ad se accedentē: que mēribus quindecim et dies
bus viginti pregnans fuerat: et adhuc fetum in
vtero gestabat: sua oratione ad puerperium in
momento adduxit. **C**ontagia ciuitate episco-
povacante: dum de eligendo presule discordes
essent: et i archiep̄m armachani. vt eligeret: om-
nes conuenissent: pauperem quēdam presbyte-
rum alienigenā elegit: quia vitam eius per spi-
ritum agnouit. Qui dū sibi egrotare nūciatus
esset: mādauit ei vt ilico surgeret: qui statim ab
infirmate sanatur: et in episcopā consecratur.
Dum cuiusdam nobilitis cōiugem in extremis
positam inūgere velle: et illi expectandū in cra-
stinum eum rogarent: assensit: et mulier post ho-
ram modicam expirauit. Ipse autem se reum
criminis accusans cū lachrymis supra corpus
in oratione se posuit: et ibidem orans pernocr-
auit. **H**anc autē facto mulier resurrexit: quam
sanctus vir inunctam ad quietem ire precepit:
morq; illa iterum obdormiuit. **S**ecularis cu-
iusdam conquerentis: q̄ lachrymare non pote-
rat: maxillam tetigit: et ad tantā illuz deinceps
lachrymarum effusionem prouocauit: q̄ vix fle-
rum continere valebat. **S**piritū quoq; prophe-
ticum habuit: et cordis secreta cognouit: et diē
et locum sui obitus p̄dixit. **S**epius quoq; eo
celebrante: columba de celo circumvolans cruci
super altare posite insidebat: quam diaconus
eius et plures quādoq; videbant. **E**ū autē
papa eugenius in galliā venisset: et malachias
ad eum visitandum accederet: et nauem intrare
disponeret: quidā epilepticus nomine catholi-
cus: eius recessum deplorabat: eo q̄ in ei⁹ pres-
sentia nunq̄ a morbo cadebat. Quem dum ille
signasset: et eidem promississet: q̄ donec ipsum
revideret: nunq̄ decetero caderet: sic vt p̄dix-
erat: euenit. Nam sanctus vir ante regressum
obijt: et ille decetero a morbo nunq̄ cecidit.
Sed eodem tempore dum cuiusdam clerico
promississet: vt quicquid ab eo peteret: obtine-
ret: et ille sancti archiep̄scopi reuerentiam pe-
tisset. Sanctus de hoc plurimuz tristatus est:
eo q̄ nunq̄ se rediturum p̄ficiuerat: et ad desi-
re cupiebat. **N**auē tamen ascendens: vt clerico
promissa redderentur: orta tempestate redire
re compulsus est. **F**acta hō tranquillitate ite-
rum nauem conscendit: et decetero non redi-
turus transiret. **V**enit autem claravallē:
et a sancto bernardo deuote susceptus est. **E**ū
q; in festo beati luce euangeliste celebrasset: fe-
bre correptus decubuit: et in ipso loco plenus

sanctitate die qua p̄dixerat: ad x̄pm e carne mi
grauit. s. non. nouēbris. Sepultusq; i monaste
rio clarauallenti: miraculis ⁊ signis refulgēs.

De sanctis Felice et Eusebio
martyribus. Cap. xxviii.



Eusebius pres

byter ⁊ eusebius
monachus ap̄
taracinā campa
nie ciuitatē pas
si sunt tempore claudij impe
ratoris sub leontio filio leon
tij presidis. Cum em̄ prefati
secti viri corpa sc̄dōū marty
rum cesarij et iuliani sepelli
sent: de quibus supra dictum est kalendas no
uemb̄ris. ⁊ multos gentiles ad christū conuer
sos baptizarent. Leontius filius quondam
leontij presidis: qui ad christum etiam conuer
sus: statim vt baptismum perceperat: ad x̄pm
migrauerat: de quo etiam dictum est supra. iij.
kalendas nouemb̄ris. predictos sanctos mar
tyres detinuit: ⁊ timens populū tumultū: misso
sp̄sculatore nocte eos in carcere decollari fe
cit. Quorum corpora ad litus proiecta: quar
tus presbyter iuxta corpora sanctorum cesarij
⁊ iuliani sepellit nonas nouemb̄ris.

De sancto Leonardo confes
sore. Cap. xxix.



Leonardus

confessor apud a
quitane prouin
ciam ciuitatē le
mouicensē cla
ruit tempore anastasiū impera
toris: qui in prouincia gallia
rum claris parentibus ortus
collateralibus videlicet clo
doucti regis francorū: ab eodē
rege de sacro extrit fonte leuatus ob nobilitatē
parentum amorē charissimū: quē sanctus remi
gius remensis archiep̄us baptizauit: et in di
scipulū susceptum salutaribus disciplinis in
struxit. Cum autem idem archiep̄us a regibus
francoꝝ obtinisset: vt quādoq; ipsi reges
ad ciuitatem remensem ventrent: omnes in
clusi in carceribus libere dimissi abire possent.
Ad imitationem boni magistrī iuuentis leonar
dus hoc ipsum a rege impetravit: vt quicūq; in
carceribus detinerētur: si eos ip̄e visitare vel
let: continuo soluerentur. Et vbiq; carcera
ros esse audiebat: ad eorum liberationem festi
nus p̄perabat. Eunctos etiā egros ad se ve
nientes: quacūq; detētos infirmitate sanabat.
Rex igitur ad se accersiuit eū: quē secū in pala
tio aliquo tēpore manere coegit: rogās vt inde
nusq; discederet: donec tēpore congruo ip̄i epi

scopatū aliquē donaret. Erat em̄ tam clericus
humilis ⁊ mansuetus. Leonardus hō pontifi
catum renuit: ⁊ solitudinē portus affectā: pas
larium regis reliquit: et cū fratre suo liphardo
verbum dei annūciās aurelianum deuenit: atq;
apud quendam cenobitā nomine maximinum
aliquo tēpore māsit. Cum autē liphardus sup
ripā ligeris mātionē solitariā elegisset. de quo
supra in eius legenda dictum est. iij. non. iunij.
Leonardus hō per adinonitionē sp̄s sancti in
aquitania predicare disponeret: osculantes se
abiniuicē discesserūt. Leonardus igitur per bi
turicam ciuitatē transiens nouelle fidei xp̄ia
nos sanctis p̄dicationib; confirmabat: ⁊ multa
operando miracula plurimos adhuc incredū
los cōuertebat. Demū in quadā filia nomine
pauū habitare cepit: que a ciuitate lemouicēsi
per decem miliaria distabat: et quo rex sepius
causa venationis accedebat: ⁊ in aulam regis
in media filia constructam diuerterebat. Accidit
aut vt die quadā rex ibidē cū regina ⁊ familia
venaret: ⁊ regina p̄gnās illuc causa delecta
tionis egressa partu periclitaret. Cum autē rex
et familia reginā tam pene defunctā lugerent:
nec et per medicos: qui cum rege erāt: subueni
ri posset: et vir dei per nemus transiens lugen
tium voces audisset: pietate cōmotus illuc ac
cessit: ⁊ a rege vocatus introiit. Interrogatus
aut quis esset: cum se remigij discipulū respon
disset. Rex ex bono magistro bonā de discipulo
spem assumpsit: ⁊ ipsum ad reginā introdu
xit rogans vt suis precibus de recuperata con
iuge ⁊ edita prole duplex gaudium obrineret.
Tunc sanctus orationē fudit: ⁊ quod rex pete
bat prius impetrauit. Cui rex multa in auro
et argento obrulit: sed ille oīa recusauit: dicens
se nullis indigere: nisi vt tantū in aliqua filia
soli christo famulari posset. Cum autē rex totū
illud nemus ip̄i tradere veller: noluit nisi tan
tū accipere quātū vna nocte posset cū suo asello
circuire. Quod rex libētissime adimpleuit: vbi
cum duobus sibi adiūctis socijs monasteriū: cō
struxit: ⁊ in multa ibidē abstinētia degēs deo
seruauit. Ecclesiā etiā in honore dei genitricis
fabricauit: ⁊ altare sancti remigij in ea posuit.
Cum autē aqua sibi per vnum miliare distaret
puteum siccum ibidem fodi fecit: quē suis ora
tionibus aqua vsq; in presens scarurtere reple
uit: locum aut ipsum a nobilitate ip̄i rege cōcessum
nobilitatē appellauit. Ibi ergo tātis miraculis
coruscavit: vt quicūq; eius nomē in carceribus
inuocassent: mox ruptis vinculis nullo contra
dicente liberi abirent: et suas eidem carpenas
aut compedes presentarēt. Quoz plures secū
manebant: ⁊ eius exemplo sanctitatis ibidem
domino seruebant. Familie quoq; septem ex
eius stirpe venditis omnibus ⁊ pauperibus di
stributis ad eum venerunt: ⁊ distributo etiam
nemoze ibi cum ip̄o in dei seruitio p̄māserunt:

De sanctis in mense nouēbris occurrētibus Fo. cclxxij.

exemplo quoque suo plurimos ad simile attraxerunt. Denique vir dominum leonardus multis claris virtutibus ad dominum feliciter migravit octavo idus nouēbris: circa annum domini quinquagesimum. Sepultusque est in ecclesia dei genetricis quam ipse construxerat. Cum autem ibidem infinita miracula fierent: clericis illius ecclesie reuelatum est: ut quia locus ille propter multitudinis frequentiam concurrentem nimiam artus erat: alibi ecclesiam fabricarent: et eodem sancti leonardi corpus transferrent. At illivna cum populo: triduano seunio et orationibus inisterunt: quibus elapsis totam provinciam nite nimita que ceciderat operam videret: locum autem in quo sanctum corpus quiescere volebat omnino vacuum conspiciat: ubi ecclesia de nouo fabricatur: et corpus eodem transportatur. Quanta hoc miracula per eum dominus faciat potissime circa incarceratos: immensa ferri varietas ante tumulum eius dependens: restis existit.

De sancto Felice martyre.

Cap. xxx.



Felix mar

tyr: apud Tunissaz ciuitatem aphyrice passus est. Qui a persecutoribus pro christi nominis confessione detentus: et carceri durissimo mancipatus: dum eum a tormēta differrent: orans ad dominum emisit spiritum octauo idus nouēbris.

Lusus corpus sequenti die exanimē repertum est: et a christianis condigno reconditum honore. In huius solennitate sanctus Augustinus episcopus psalmum quendam ad populum exponit: quem et in eius ecclesia publice predicauit.

De sancto Felice monacho:

Cap. xxxi.



Felix mo

nachus in monasterio fundens claruit. Qui magne sanctitatis vir erat: et eiusdem cenobii hortum colebat: fur homo quidam venire consueuerat: et ad ipsum horum per sepe ascendere: et occulte olera auferre.

Eumque ille multa plantaret: que minus inueniret: et alta pedibus conculcata: alta direpta conspiceret: totum horum circueiens inuenit iter vnde fur venire consueuerat. Qui eundem horum deambulans reperit etiam serpentem. Qui precepit: vt se sequi deberet. Ad aditum autem furis perueniens: in nomine domini serpenti precepit: vt aditum illum custodiret: ac furem ingredi non permitteret.

Protinus serpens se in itinere transversum tetendit: et felix ad suam cellam rediit. Meridie ergo cunctis quiescentibus more solito fur aduenit: et sepe ascendit. Et dum in hortu pedem poneret: vidit quia serpens extrinsecus viam clausisset. Et tremens post semetipsum concidit: eiusque pes per calciamentum in sude sepiis inhefit. Sicque donec hortulanus rediret: deorsum capite pependit. Qui ventens furem in sepe pendentem reperit: et deo gratias agens: serpentem licentiauit: ad furem quoque veniens: ipsum de dudus oleribus exportatis redarguit: pedem quoque illius a sepe dissoluit: eumque sine lesione deposuit. Olera etiam: que furto auferre conabatur: cum nimia dulcedine prebuit: eumque ne amplius furaretur admonuit: sed cum necesse haberet: ad eum veniret: quod ipse deuotus daret: que cum peccato tollere laborabat. Hic enim sanctus monachus clarus multis virtutibus migravit ad christum. Hec gregorius. i. dialogo. cap. iij.

De sanctis decem martyribus. Cap. xxxij.



Decem mar

tyres in oriente apud ciuitatem theopolis passi sunt. Qui a saracenis comprehensi: christumque dominum confitentes crucibus appensi: coronas martyrii a domino percipere meruerunt octauo idus nouēbris. Hec adeo in martyrologio suo.

De sancto profodocimo epo. Cap. xxxij.



Profodoci

mus episcopus apud ciuitatem parauinam claruit tempore neronis imperatoris. Hic natione grecus nobilibus parentibus ortus literarum studiis eruditus: cum adhuc esset iuuenis cum mar

co euangelista et apollinare antiochiam adisset: et beato petro apostolo in discipulum se tradidit: atque cum presatis duobus discipulis vna secum tempore claudij imperatoris romam accessit. Cum autem a postolorum princeps beatum marcum misisset aquileiam et apollinarem rauēnam ad predicandum. Beatum quoque profodocimum annorum viginti in episcopum consecratum: licet satis ex humilitate recusantem: misit ad parauinam ciuitatem. Experuens ad ipsam urbem: multitudinem laeguentium diuersarum egritudinum ante portam inuenit: quibus pacem annunciauit: et oratione ad deum fusa: omnes ab eorum infirmitatibus liberauit: eosque omnes ad christum conuertit.

R

Quo visio miraculo centum et sexaginta gentium
 lrum conuersi ad dominum: ab eodem beato viro
 baptizati sunt. Sicq; sanctus episcopus prof-
 doctinus ciuitatem ingressus: cepit verbum do-
 mini predicare: et multos paganorum ad fides
 christi perducere. Cum autem de virtutibus
 eius fama ad regem vitalianu peruenisset: qui
 graui infirmitate pressus dudum lectulo decu-
 buerat: profdoctinum ad se accersit: et an ipm
 sanare posset: interrogauit. Qui eidem respon-
 dit: q si in christum crederet: et idolis renuncia-
 re paratus esset: continuo sanitatem recipere.
 Cumq; rex se velle in christum credere respon-
 dit: baptizauit eum profdoctinus cum vxore
 eius prepedigna et vniuersa eius familia: et sic
 rex statim ab omni laqueo curatus est. Qui co-
 ntinuo per vniuersum vrbis et vicinarum villaru
 populum edictum misit: vt omnes in christum
 crederent: et ad beatum profdoctinu baptizan-
 di concurrerent. Talisq; modo vniuersus po-
 pulus ciuitatis et oppidoru circumadiacentiu
 conuersus est ad dominum. Rex vo ecclesiam in
 honore sancte sophie: hoc est alme sapientie sa-
 bicauit: in qua episcopus presbyteros ac dia-
 cones et clericos plurimos ordinauit. Post
 hec cum rex vitalianus prole careret: oratione
 vtri sancti regina concepit: et filia peperit: qua
 beatus profdoctinus baptizauit: et iustina vo-
 cauit: eamq; sacris litteris erudit: et in virgi-
 nitatis proposito permanere docuit. Deinde
 sanctus episcopus ad ciuitatem estensem adijt
 ibiq; christum euangelizans: multos conuertit.
 Inde ad ciuitatem vicentiam ad predicanduz
 perrexit: et exinde ad castellum nomine asylum
 properauit: vbi similiter populu docens in fide:
 ecclesiam in honorem dei genetricis edificauit:
 atq; dedicauit. Inde egressus ciuitatem fel-
 trentensem intrauit: vbi populi maximam multitu-
 dinem baptismo sacro renouauit. Et post hec
 per altinam ciuitatem et per alia oppida et ca-
 stella peragrans: fidelibus monitis populum
 imbuit: et relictis idolis verum deum colere se-
 cit. In quibus omnibus basilicas construxit:
 et presbyteros ac inferiorum ordinum clericos
 deuenit: et susceptus in domum cuiusdam mil-
 itis nomine euphrosini: fillam eius cecaz signo
 crucis edito illuminauit: eamq; cum parenti-
 bus et alijs plurimis in silere flumio baptizauit.
 Cum autem comes ciuitatis: qui vxorem habe-
 bat theodoram per annos plurimos graui in-
 firmitate derentam: nuclante ei milite euphro-
 syno de miraculis sancti pontificis audiuisset:
 eum ad se vocauit: et vt eius sanaret contigem:
 humiliter exorauit. Tulus manum apprehen-
 dens vir domini ea continuo de lectulo in xpi
 nomine sanam erexit: et ipsam vna cum comite
 et filijs ac omni familia numero. cxx. credentes
 in christum baptizauit. In ipsa quoq; ciuita-

te multum populum ad fidem christi reduxit:
 et multoru nobilium filios sacris litteris erudi-
 uit. Ecclesia quoq; in honorem beati petri ap-
 tam pro xpo passi ipse fundauit: in qua et presby-
 teros et diacones et alios clericos ordinauit.
 Deinde ad sedē suā patauij redijt. Et post mo-
 dicum tps rex vitalianus xpianissimus et vxor
 eius regina prepedigna ad dñm migrauerunt.
 Quos sanctus profdoctinus sepeliuit: filia quoq;
 q; illoru eius discipula iustina virginē sacram
 sibi a parentibus comendatā optima cura gub-
 bernauit. Eam quoq; per martyriu assumptam
 cū suis clericis honorifice sepulture tradidit.
 De qua supra in eius passione actū est nos. octo-
 bus. Ad nasonē autē beati episcopi: patricius
 quidā noie opitius xpianus ecclesia in honore
 sancte iustine virginis supra corpus illius ere-
 xit: et iuxta eam oratorium beate virginis cōpo-
 suit: quā ecclesia simul cum oratorio profdoctini
 eps consecrauit. Qui postq; a multis obsessis
 demonia eiecit: et plurimos infirmos a diuer-
 sis languoribus eripuit: cū in sede parauit
 bis sedisset annis. xliij. mense vno: dieb. xv.
 etatis sue anno. cxiij. ad dñm migrauit. vñ. id.
 nouembrijs. Et in oratorio prefato dei genetricis
 clarens miraculis sepultus quiescit.

De sancto Achilla epo.

Cap. xxxiij.



Achillas

eps alexan-
 drus: alexan-
 dro in epatu
 successit. Qui
 abo beati pe-

tri eiusdē ciuitatis epi et mar-
 tyr discipuli: et ab eodē fue-
 rāt presbyteri ordinati. Et cū
 idē beatus petrus p fidei ca-
 tholice defensione in carcere detētus esset: di-
 uina reuelatione eosdē psbyteros sibi in epatu
 successores preuouit: et eis dē qd prescuerat re-
 uelauit: vt dicef infra in eius passione. vi. kalē.
 decēbris. Et sicut ipse pdixerat sic euenit. Nas
 prim⁹ achillas: secundus alexāder eidē in pon-
 tificatu successit. Et primus quidā annis. lx. se-
 cundus vo annis. vñ. sedē ipam tenuit. Quoru
 vterq; eruditione fide et conuersatione ac mo-
 ribus insignis extitit. Et de secundo quidem
 sancto in eius festo actum est. iij. kalen. martij.
 Primus vo videlicet achillas in pace quiescit
 vñ. idus nouembrijs. Quorum corpora in eodē
 tumulo alexandrie requiescunt.

De sancto Amarantho martyre. Cap. xxxv.



Amaranthus mar-

tyr apud albigeñ. ciuitatem pas-
 sus est tempore decij imperatoris.
 Qui exacto agonis fidelis
 cursu capitis obruncatione ce-



Quattuor

coronari: videlicet
severus: severus
ninus: carpophorus:
et victorinus
rome passi sub diocletiano
imperatore: qui cum essent
conicularii: et ad sacrificia
vna cum alijs imperatorum
officialibus compellerentur: cum
omnino consensum impijs prebere nolent: nu-
ciatum est diocletiano. Quos illico iussit: vt ante
ipsum plumbarum ictibus tandiu cederentur
donec spiritum emitterent. Quorum corpora iussit
in platea canibus factari: que etiam quinq; die-
bus ibidem iacuerunt illesa. Sed a melchiade
papa et a beato sebastiano martyre collecta: sep-
ulta sunt in via lauicana militario ab vrbe ter-
tio cum alijs sanctis in arenario. Passi sunt au-
tem post duos annos a passione dictorum quinq;
martyrum supra profume positos eodem scilicet die:
hoc est sexto idus nouembrijs. **Q**uorum nomina
cum minime possent inueniri: quattuor corona-
ti vocati sunt. Statutum est autem a melchiade
papa: vt memoria eorum sub nominibus aliorum
quinq; martyrum predictorum: et dies anniuersa-
ria recolatur. Et licet processus in repositis eorum no-
mina reperta fuissent: versus tamen obtinuit: vt
quattuor coronari deinceps vocarentur.

**De dedicatione basilice salua-
toris.** Cap. xxxviii.



Basilice

basilice saluatoris: hoc est san-
cte ecclesie late-
ranensis rome a
bro papa siluestro facta est. v.
idus nouembrijs. Qui sanctus
episcopus consecrationes alta-
rium et ecclesiarum secundum ritum: que
nunc romana tenet ecclesia: pri-
mus fieri instituit. Fuisse tamen ab ipsis aposto-
lorum temporibus loca deo dicata: que a quibusdam
oratoria: a quibusdam ecclesie appellabatur: vbi
collece fieret per vnam sabbati: et in quibus po-
pulus christianus ad audiendum verbum dei: et
ad percipiendum dominici corporis sacramentum
conueneret: et apostolorum edocemur epistolis: et
sanctorum patrum instrumur gestis. Que licet
sale et aqua benedicta exorcizabant: non tamen
christumate ungebant: nec altare lapideum adhuc
stabat erectum: christumate delibutum in figura
domini nostri iesu christi: qui est altare nostrum
et sacerdos et hostia. **P**ostquam vero constantinus
imperator: a lepra mundatus a beato siluestro pa-
pa baptisimus meruit sacramento purificari: vt su-
pra dictum est in legenda siluestri pape preside

kalen. ianuarij. et constantini imperatoris. **K**alen.
iunij. tunc primum lege ab ipso promulgata
concessum est omnibus sub romano imperio des-
gentibus licite ecclesias fabricare. Et ad id fa-
ciendum suo vt alios hortaret exemplo in pro-
prio lateranensi palatio ecclesiam in honore sal-
uatoris mundi fabricauit. Basilicam quoque appen-
diciam iuxta palatium fecit in honorem sancti io-
hannis baptiste: in loco videlicet in quo baptisatus
meruit a lepra mundari. **Q**uia quidem ecclesiam
mirificis donis et ornamentis in auro et argento
et lapidibus preciosis infiniti precij magnifice
ditauit: quam beatus papa siluester die predicto
publice consecrauit. Tunc quoque imago salua-
toris diuinitus depicta in tribuna ecclesie primus
visibilis omni populo romano apparuit. **Q**ue
quidem imago deuotissima in ipso loco usque ho-
die perseverat. Et licet ecclesie eiusdem pariter
usque ad fundamenta plerumque dissoluta fuerint: et
iterum reparati. Ipsa tamen tribuna cum imagi-
ne sacratissima nulla vnquam potuit veritate des-
leri: nullaque nouitate dissolui. **E**t tunc aliquando
ecclesia ipsa incedo totaliter sit iudicio diuino
consumpta. **H**ec igitur est illa festiuitas: in qua primus
rome ecclesia publice consecrata est: quam etiam
ecclesia idem pontifex ad instantiam constantini
augusti: omnium ecclesiarum totius orbis caput
esse constituit: eademque tam larga benedictione
dotauit: vt si quis hominum quocumque anni tempore
vere confessus et penitens eam intrauerit: om-
nium peccatorum suorum generalem remissionem et
indulgentiam consequi mereatur.

De sancto Theodoro martyre. Cap. xxxix.



Theodorus

martyr passus est
apud amasiam ciuita-
tem marmaritano-
rum sub diocletiano et mario
miano imperatoribus. Qui cum
esset miles et ciuitate belle-
sponti deprehensus est quod christi-
anus esset: et adductus est ad
brycham prepositum legionis.
Et cum prepositus diceret: vt sacrificaret et mi-
litiam pristina reciperet: illeque se deo patri om-
nipotenti et iesu christo filio eius militare se re-
spondisset: ad suggestionem possidoni vicarii
prepositus ei inducias concessit diebus paucis:
vt semetipsum admoneret et deus immolare con-
fentiret. **I**nterea theodorus plures christianorum
in carcere detentos visitabat: eosque in fide chri-
sti confortans eisdem necessaria ministrabat.
Nocte igitur quadam templum martis introiit:
et igne supposito totum illud succendit. **Q**ui a
quodam gordiano tabulario visus et detentus:
ac presidi presentatus est. **Q**uod preses fecit eum
et ceteros in carcere mitti: pedibusque in cippo re-
cludi: ac ostium carceris signari: vt ibi fame de-

De sanctis in mēse nouēbris occurrētibus So. cclxxv.

ficeret. Cui dominus iesus christus nocte cum lumine apparuit: et ipsum in eius amore confortauit. Tunc multa turba viroꝝ dealbarum ad eum venit et secū psallere cepit. Quod custodes audientes: et ostium signatum aspicientes iudici nunciare festinauerunt. Ille vero ad carcerem cucurrit: et ostium carceris signatum inuenit: voces vero psallentium cum theodoro audiuit. Et circumpositis militibus carcerem aperiri fecit: ac introgressus solum sanctum martyrem in ligno detrusum aspexit. Iursumque eidem recluso vnciam panis et modicum aque per dies singulos ei ministrari precepit: sed ipsum celesti cibo dñs enutrit. Post dies vero xv. theodorum adducum et dñs sacrificare nolentem: iussit preses in ligno suspendi: et latera eius unguibus crudeliter radi: donec coste illius nudarentur. Et cum hec omnia pro christi nomine superasset dedit preses in eum sententiam vt ignibus traderetur. Accenso igitur igne per semetipsum vestimenta deposuit: et vinculis post tergū manibus in flammis sponte profiliuit. Et circumspiciens in turba quendam commilitonem nomine cleonicum lachrymantē vidit: quem confortans seipsum secuturum predixit. Cum autem orationem fuisset ad dominum flamma in specie camere facta est tanquam velum nauis a vento repletum: et circumuallauit eum: vt esset non quasi corpus qui exuritur: sed quasi panis qui coquitur. Sicque celesti voce ad gaudia eterna vocatus emisit spiritum. Corpus vero exanime omnino permansit incombustum. Quod marrona quedam eusebia nomine tulit: et in possessionem suam que distat ab vrbe amasia vnius diei via portauit: vbi eum cum aromatibus sepeliuit in loco: qui dicitur euchaïta. Passus est autē quinto idus nouembꝝ.

De sancto Theodoro alio martyre. Cap. xi.



Theodo

rus miles et martyr apud heracleam ciuitatem macedonie passus est sub licinio imperatore: qui et occidit. xl. martyres et. cclxxv. centuriones. Eodem tempore apud achaiam erat draco pessimus

omnes interficiens et deuorans transeuntes. Cum autem theodorus miles christianus ibi iuxta supra fenem dormitasset: et draconem ibidem ignoraret: excitatus est a muliere eusebia christiana: que et draconem ibi iuxta esse nunciavit: et vt fugeret ex charitate mouit. Quam sanctus hortatus est vt pro se oraret: et a longe conspiceret. Factoque sibi crucis signo ad os

spelunce pcessit: et draconem vt extret christi virtute mandauit: ac deinde equum ascendit. Quē exeuntem aggreditur: equoque ipsum supprime te quattuor pedibus draco prostratur: et lancea cordi eius infra a sancto milite christi occiditur. Quo miraculo viso multi gentilium ad christum conuersi sunt. Licinius igitur rex cum audisset: et theodorus christum predicaret: misit de nicomedia in heracleam ciuitatem in qua miles christi degebat: vt cum honore militaturus ad eum accederet. Ille vero nuncios grate recipiens remisit imperatori per epistolam: vt personaliter ueniret heracleam: vbi nimia affectio ipsum populus videre cupiebat: quod si illuc ueniret: ipse cum eo et omni populo sacrificare paratus esset. Quo audito licinius heracleam uenit: cui sanctus miles in equo quo draconem occiderat obuiauit: quem imperator coram omni populo plurimum honorauit. Rogauit autē eum vt pro victoria draconis obrenta: dñs offerret grata libamina. Illa autē deos regis sibi dari petiit: quasi in domo suauellet eos thuribus placare. Quibus eidē ab imperatore traditis oia idola aurea et argentea confregit et frustra pauperibus distribuit. Hoc audiens licinius iratus eum teneri fecit: et sacrificare nolentē: precepit eum spoliari et in quattuor lignis egrensum uirgis cedi: deinde plumbaris contundi durissime. Postmodum etiam carnes illius unguibus ferreis radi: et facultas igne as vulneribus superponi: atque testis acutissimis confricari. Et sic in carcerem vincularum reclusus. Iterum autē post dies. v. ductus mandauit crucifigi: et crucifixum a pueris sagittari: ei quoque genitalia precidi. Quē licinius existimans interfectum: dimisit in cruce in crastinum deponendum. Eucharis vero quidam christianus occulte secretus bebat passionē eius. Angelus autē dñi theodoro pendenti per noctem apparuit: et vulneribus eius sanatis illesum deposuit. Cum autē iussu regis duo centuriones cum pluribus ad eum deponendum manerent: eumque uiuentem ac omnino sanatum uiderent cum militibus. Iterum ad christum conuersi sunt. Quod audiens licinius misit antipatrem ducem cum. cccc. uiris ad eos occidendos. Tunc inter christianos et paganos seditio orta est: sed martyr christi tumultum sedauit: et christianos ad patientiam informauit: deinde ad custodiam accedens: fideles omnes in christi nocte apertis ostiis et dirutis uinculis absoluit: et pluribus ad se uenientibus egris sanitatem restituit. Quod rex intelligens: ipsum decollari mandauit. Sed cum ad passionem ducere: eucharium rogauit: vt corpus eius in achaiam deferret: et in paterna hereditate sepeliret. Quod quidē ille summa diligentia adimplere curauit. Passus est autem sanctus martyr. v. idus nouembꝝ. Temporis vero processu corpus eius de partibus illis a uenetis rapitum uenetiasque delatum: atque in ecclesia saluatoris: que est canonicorum regularium sepultum est.

De sancto Ursino episcopo. Cap. xli.



Ursinus eps apud bituricem. ciuitate claruit. Qui romae a successoribus apostolorum pontificem ordinatus: primus eisdem urbi destinatus est episcopus. Ipse namque predicationis officio diligenter intentus maxime in partem ciuitatis illius populi conuertit ad dominum: et fide et sapientia atque uice sanctitate probatus migravit ad christum. idus nouembriis: ut dicit adon.

De sanctis Tryphone et respicio martyribus et nympha uirgine. Cap. xliij.



Trypho et respicio martyres et nympha uirgo apud uicium ab sardon satoniae passi sunt. Qui trypho ex eodem ortu oppido: pastor anserum fuit. Ipse igitur gordiani imperatoris filia eurychetis

nobilis romanorum obfessa a demone clamabat: tryphone pastorem anserum eius liberator: est futurum. Cum autem de mandato imperatoris eurychetem plurimum diligentis: talis homo per uniuersum mundum quereretur: tandem in praefata ciuitate inuentus est: et ad urbem romam adductus: qui statim in limen domus eurychetis attingit: puella liberata fuit. Sanctus autem oras imperatoris et eurychetis demonem qui puellam infestabat: in specie canis ostendit: et eum eis humana uoce loqui fecit: et demum in abyssum misit: et ab imperatore honoratus ad propria cum honore regressus est. Tempore uero decem cesaris imminente persecutione tryphon a prefecto occidentis tentus est: ut sacrificaret: qui dum christum confiteretur: primo quidem appendicibus: et ungulis confossus: deinde per pedes ligatus: et per maximas niues et glacies tractus est: ita ut pedes frigore scinderentur. Post modum autem acutis ignitis pedibus confixus et fustibus cesus: atque lampadibus ad latera appositis exustus: lumine tamen ingenti de celo super infuso confortatus est. Quod uidentem respicius quidem tribunus credidit: et christum confiteri cepit: quem preses detentum una cum tryphone fortius exangulari mandauit: de hinc ambos ad templum fecit adduci: ut cesaris autem idolum adorarent. Sed orante tryphone idolum corruit: et in oratione nympha quaedam: que uirgo uestalitatis erat ibidem assistens fidem christi percepit: et christum deum uerum uoce publica proclamauit. Tunc prefectus sanctos martyres

una cum nympha uirgine plubatis dulcius edidit: eosque omnes nouissime mandauit pariter de collarum. Quorum corpora a christianis iuxta ipsam urbem sepulta sunt. idus. idus nouembriis.

De sancto Theodoro martyre. Cap. xliij.



Theodorus mar ty apud ciuitatem antiochia passus est sub iuliano imperatore apostata. De quo. r. libro ecclesiasticae historie cap. xliij. habetur. Cum enim iulianus christianus permisisset: ut

corpore habite martyris auferret: de quo supra in eius passione actum est. scilicet kal. febr. Ibi exstantes corpus per sex miliaria detulissent: canstantes psalmum. Confundatur oes qui adorant sculpsit etc. et cum imperator hoc audisset: iratus die altero iussit omnes christianos teneri et torqueri. Quod salustius eius prefectus licet paganus tamen inuitus exequitur. Et primum sibi theodorum occurrentem a prima luce usque ad undecimam horam tanta crudelitate: et tormentis carnis fibris torfit: ut nulla eras simile fore factum meminerit. Ipsum tandem per omnia constantem et letum in carcere teneri fecit: et imperatoris que fecerat recitauit: taliaque omnino fieri dissuasit: alioquin christianis gratiam et cesaris ignominiam quereretur: cuius suasionem imperator theodorum liberum dimisit: qui referebat in tormentis se modicam penam sensisse: assistente sibi celesti iuueni: et ipsum confortante: necnon lintheo candido sudorem suum exiccante: ac sepius sibi aquam frigidam instar nectaris in populum porrigit. Dic autem sanctus martyr: post aliquot menses migravit ad dominum. idus. idus nouembriis. Hec eusebius libro quo supra.

De sancto Theodoro episcopo. Cap. xliij.



Theodorus eps siccae fuit. Hic dum esset annorum. xij. et

facta esset epidemia ualida et bubone in ipsa ciuitate: theodorus usque ad mortem infirmatus est: qui delatus in oratorio sancti iohannis baptiste: quod est iuxta uillam: et stratus ad altaris introitum: cum ad crucifixum desuper stantem in tabula picta orasset: de imagine christi tres gutte rotis ceciderunt: statimque bubonem soluerunt. Et continuo extincta febre conualuit: et do-

De sanctis in mēse nouēbris occurrētibus Fo. cclxvi.

mum proprijs pedibus repedaui. **L**epit autē psalterium mente discere velle. **L**unq; vsq; ad psalmū decimūseptimū didicisset: et ultra memorie commēdare nō posset: in ecclesia sancti christophori ante crucifixū orans: obtinuit et celeritatem in addiscendo: et firmam memoriā in retinendo. Sicq; in breui diuina gra psalterium totum memorie cōmendauit: ipsūq; quotidie legere cepit. Factusq; est clericus: et pcessu tēporis siccis episcopus: qui populū dei verbo et exemplo instantius refouens clarus sanctitatem iugit ad christum.

¶ De sancto Probo epō.

Cap. xlv



Rob^o epi

Rob^o episcopus rauenna cū .vij. apud eandem ciuitatē claruit. Hic est miris et pius fide religiosissim^{us}: clarus in specie: fulgidus in ope: sapiens eloquio: plenus gratia spiritus sancti: oēs languidos ad se veniētes quacuq; detentos validudie curabat: spiritusq; immūdos de obsessis corporibus expellebat. Qui postq; sic ad occasum vite instante tempore: angelica conspexit agmina: statim elapsa est de corpore eius sancta anima quarto idus nouēbris. Sepultusq; est a filiis suis in ecclesia suo nomini dedicata: vbi in miraculis et virtutibus viuit.

¶ De sanctis Liberio Modesto et Florētia martyribus.

Cap. xlii.



Liberius:

Liberius: et florētia martyres passi sunt apud agathensem ciuitatē sub diocletiano imperatore. Fuit enim tyberius eiusdē vrbis helei nobilitis: sed pagani filius: qui valeriano imperatori plurimum erat dilectus. Anno igit. viij. eius imperij: valerianus heleo suasi: vt filium quem christianū nouerat ad sacrificia prouocaret. Quod dū ille per dies plurimos facere studeret: et tyberius puer in fide christi immobilis perseueraret. Tum imperator hec audisset: fecit ipm teneri: et in catomō fustibus diuisi cedi. Tum autē cedentiū brachia aruissent: et ipse imperator in manu torzionem maximam sensisset: cepit exclamare: et tyberium magus appellare. Pro quo tyberius orauit: et continuo sanitate recepit: quem valerianus emēdandū patri tradidit. Pater nō iunemem in triclino delictijs et muscis ac loculatoribus et puellis pleno diuercerit: et a christianitate reuocaret. Orante nō

sancto claritas ei de celo refulsit: odorq; maris mus refragauit. Quod dum pater ad videndū fuisset: putans qd dñi eius filium consolaturū vltitasset: cōtinuo excecatur: et ab imperatore p lumine recuperando ad tēpla deoz adducitur: sed sine vlla gratie impetratōne reuertit: oratione autē filij illuminatur. Tum autē heleus filium tanq; magum perdere velle: ab angelo cum modesto quodā christiano rapitur: et ipso duce vitā flumen eucharum transiūdanf: atq; sub quercus arbore collocatur: vbi ambo degētes vsq; ad diocletiani tēpora pcedebāt: et miraculis clarentes multos cōuerbebat. **¶ Eodē autē tēpore cum filius maximiani imperatoris a diabolo oppressus esset: et a nemine nisi a tyberio se ei ciedū clamaret: requisitus sanctus et romaz cum modesto perductus imperatoris filiū a demonio liberauit. S; diocletian^o collega maximiani eos detinuit: et pdicta magice artibus attribuēs dñi sacrificare recusatē: ipsos onustos ferro per dies plures in carcere arauit: et fame nimia afflitit. Quos āgelus dñi celesti de celo fuso lumine cōfortauit. Sed cum iussu imperatoris bestijs expōsit essent: et in nullo ab eis lesi fuissent: in cibariū ignis mittunt: in quo psallentes dño inusti pentus pseruant. Inde leoni ferocissimo subijciunt: s; ab eo intacti per oia custodiunt. Quos vidēs florentia quedā matrona in xpm credidit: et statim cum predicis martyribus detenta fuit. Quos oēs diocletian^o mādauit in carasta leuari: et durissimē cedi. Orantibus nō sanctis: terremotus factus est nimis: et tēplo deoz corripere plurimi gentiliū oppressi sunt: imperator nō cū paucis euasit. Sancti nō martyres ab angelo de carasta erepti: et ad locum iuxta pristinum fluium eucharum territorij agathensis in momento sunt reducti: vbi oratione fusa ad dominū migauerunt quarto idus nouēbris.**

¶ De sancto Martino episcopo et confessore.

Cap. xlvij.



Martin^o saba

Martin^o saba rie pannonoz oppido nobilibus parētib; et gētilibus oriūdu; sed intra italiā papie alius: cum patre suo tribuno militū sub cōstantio et iuliano imperatoribus militauit. Non tamen sponte: quia ab infantia diuinitus inspiratus annoz decē inuitis parētib; ad ecclesiam pfugit: seq; cathecumēni fieri postulat uit. Et tūc etiā heremū intra set: nisi eratis infirmitas obstrisset. Sed cū cesares filios militum veteranoz ad militandū scriberent: martinus annoz quādecim ad militiā vgetur: vno tūc seruo cōtētus: cui tamē versus vice dominus

L. llii

et monachi effecti sunt. **D**isputaturus semel de trinitate vidit per somnum colubam de celo eucharistiam sibi in ore mittentem: et excitatus mirabiliter disputavit. Nocte quadam in somnis a diabolo ut sibi videbatur oppressus dum crucem sibi imprimere vellet: illegis manus eius teneret: adiuravit eum per effusionem sanguinis christi: ut se dimitteret: et statim dimissus est. Audiuimus a deumonio malignos spiritus nihil tantum timere quam tu adorationem predictam. **I**gitur in scititate et doctinali perficiens a summo pontifice legatus ordinatus: ad obitum crucis gallias predicandum. **Q**uod quidem officium sollicitè administravit. **T**omestrem autem predicans: dum iuvenem crucem assumere volentem: manus eius per pallium abstrahere vellet: manus eius statim contracta est. **Q**ue dum una cum viro crucem ab eadem mundo sumeret: continuo sanitates recepit. **I**n villa quoque abstrahere iuvenis similiter crucem signari cupiens: ab amantissima abstraheretur: illaque primum excecatur. **S**ed orante sancto visum recuperavit: et penitentiam egit. **C**um apud vigoniam predicaret: et nubes aquosa colurges populum exterreret: vir domini precepit nubi verbum domini impediret. **S**tatimque pluvia populo dimisso ad circuitum omnium declinavit neminem illorum perfuso. **N**octe quadam ad studium dormitavit: et candela accensa super bibulam cecidit: quod post horam excitatus: favillam eruffavit: et librum omnino intactum invenit. **A**lias etiam dum ad lumen studeret eodem soporato vetus lumen extinxit. **S**ed ille excitatus nomen beate virginis invocavit: statimque lucerna accensa est. **A**pus atracem in pede gravatus: tres sibi crucem in circuitu morbi impressit: et subito sanatum se sensit. **A**licina femoralia sua ex antiquitate deiecta: ab eius cubiculario in igne posita iniusta permanserunt. **P**ost hec electus est archiepiscopus caturgensis: qui licet diu recusaverit tandem precibus multorum humiliter assensit. **I**n quo culmine positus humilitatem in omnibus pretendebat: vitamque adhuc arctiorem quam primo servabat: muneraque omnino respuebat. **M**ultas autem persecutiones pro libertate ecclesie passus: a sede sua se absentare compulsum est. **S**ed ante suum discessum quedam febre laborantem aqua benedicta solummodo conspersum sanavit. **C**lericus etiam suum quedam quartanaveratum misso in ore ipsius bolo nurene a languore curavit. **Q**uedam quoque nobile in genu gutta patientem sanitati restituit. **N**octe quadam eides beatus thomas martyr apparuit: volensque pedem eius deosculari dixit: quod cito os suum osculaturus esset: ipsi obitu in primo vaticinans. **E**gressus enim de anglia ad monasterium pontiniacum se contulit: ubi verbum dei annuncians modico tempore mansit. **I**nde propter gravem egritudinem fortianum delatus ubi sanior aer erat: predictus quod tali die il-

luc esset reuersurus. **Q**uod quidem eo defuncto et corpore eius pontiniacum delato euenit. **I**n sextiano itaque diebus aliquibus languens sumptis deuote ecclesiasticis sacramentis in pace quiescit. **xvi. kal. decembris.** **D**ie vero qua predictus rat corpus eius pontiniacum est translatum: et in ecclesia collocatum: post dies. **vii.** infra quos sepulchrum eius parabatur: incorruptum omnino ac multum redolens inuentum est et pluribus iterum claruit signis: ubi cum honore tumulatum seruatur. **I**bi quoque in miraculis viuunt. **D**e sancto dionysio. episcopo. **Cap. lxx.**



Dionysius

episcopus: ut beatus lib. vi. ecclesiastice historie apud alexandriam in multis confessionibus satis clarus effectus est. **D**e quo et hieronymus libro de viris illustribus dicit quod sub heraclea eiusdem urbis episcopo cui et ipse in episcopatu successit: scholam tenuit: et insignis origenis auditor fuit. **H**ic a persecutoribus tunc dum caput suum iudici offerret imperatori pro munere destinatum: in castro quodam deserto in quod cesaron appellatur: in eriliu truditur: ubi gentiles omnes ciues erant. **Q**ui cum primo hostili animo excipientes tandem per maritima eorum ipsius verbo et exemplo ad christum conuersa est. **Q**uo a iudice comperto: ad locum alium pene inhabitatum relegatus est. **C**umque ad christum multum christiani ex locis vicinis confluere: dionysius et cum eo catus et pertrus diacones cathenis vincti et dudum cruciati in quoddam desertum bebie missi sunt: ubi eos itinere trium dierum victos relinquerunt: qui tamen ab angelo confortati et soluti sunt. **P**ost aliquod vero tempus dionysius anno. **xxij.** galienus imperatoris reuersus alexandriam profectus semper quiescit in pace. **xxv. kal. decembris. xxv. anno sui episcopatus.** **H**ic multa preclarissima opuscula scripsisse traditur. **S**cripsit enim de penitentia lapsum ad egyptios. **L**ibellum de martyrio ad origene. **I**tem aliud ad loadiceenses. **A**d armenos de patientia. **A**d cornelium romanum pontificem scripsit plurima. **A**d fabianum antiochenum episcopus scripsit de his qui sub decio periculis martyrii agones apud alexandriam passi sunt. **S**cripsit et ad romanos epistolas de ministerijs. **D**e pace. **D**e penitentia ad quosdam qui nouatus hereticum sequebatur. **I**tem ad eolides alias duas ex quo ad fidem conuersi sunt. **S**ed ad multos alios varia et diuersa scribens studiosis quibusque instructionum et doctrine copiosissima materia dereliquit. **S**cripsit libellos de baptismo ad philemonem. **I**tem ad dionysium urbis romane presbyterum. **I**tem ad romanum pontificem. **I**tem libellum de re promissionibus futuris. **A**dversus celsum quendam epicurum philosophum: qui contra nos libros scripsit octo voluminibus respondit. **I**n euang-

De sanctis in mense noue. occurrentibus. Fo. cclxxii.

gelii matthei. xv. commentariorum libros edidit. In. xv. prophetis plurima commetatur est. Extant eius epistole ad philippum imperatorem eiusque coniugem seueram. Itē ad fabianum papam et plurimos ecclesiarum principes per catholicam fidem. Extant et alie ad diuersos scripse: quarum centum numero scribit eusebio in libros digestos se tradidisse memorie.

De sanctis occurrentibus victoria mar. Cap. lxx.

Epsellus et victoria martyres apud ciuitate corduba puicie hispanie passi sunt: qui post diuersa eis supplicia illata ob confessionem nois christiani victoria martyrii gladio cedente seipse meruerunt: ibique septem colunt: ubi etiam ob comedationem scitose mortis eorum eodem die temporis martyrii rose oze singulis anis diuinitus colligunt. Qui passi sunt. xv. kal. decem. hec ado.

De sancto Amiano episcopo. Cap. lxxi.

Aurelianum clarum ruit tempore honorij imperatoris: qui beato eurtio in episcopatu eiusdem ciuitatis successit. Ingressus autem ciuitate postulatit cuiusdam exagrippino militum prefecto ut vinculis compeditos relaxaret: quod dum ille facere renuisset: lapis repete de turri decidit: et caput exagrippini percussit: qui pene exanime domum delato: sanctus amianus ad eum intravit: et orationem per ipso effudit: statimque sanguis de cerebro manare desinit. Ille autem mori liberatus et penitens: ut sanctus vir postulauerat: compeditos absoluit.

Quia ecclesiam suam altius extolli faceret: melius quidam perhomagister de tecto lapsus quasi in extremis iacebat: extinctus: sed postquam sanctus episcopus eum tetigit: et per manum apprehendit continuo surrexit illesus. Post hoc aurelianensis ciuitas ab attila gothorum rege obsessa est. Cum autem super muri aditum letanias cum reliquiis sanctorum celebrans cum populo circumiret: sacerdos quidam a barbaris captus eum redarguit dicens quod familia in alijs ciuitatibus fecerunt et nihil eis profuerat: quod cum ille dixisset: primo et pirauit. Verum dum gothi uerbis impugnant: amianus murum ascendens contra hostes expulit: et subito tantus super eos iber descendit: ut a dimittendo plio oino compulsi ad castra redierint. Dum autem episcopus ad eos exiisset: et pro populo intercedens ab attila nihil penitus obtinere potuisset: sed die sequenti aduersarij uerbis uolentem intrantes plaustra eorum spolijs oneraret. Amianus per spiritum arelatum delatus etiam precium ro manum in subsidium uocauit: qui cecidit eodem die diuino nutu cum exercitu suo illuc deueniens: gothos iuadens expugnauit: ipsos de ciuitate

maxima cede fugauit. De autem meritis sui sancti omnes ciues illesos seruauit: propter illos qui de meritis amiani diffusi ianuas aduersarijs reserant: quam etiam victoria uerbositas immensa fructum est subsecuta. Quieuit autem sanctus in domino anno honorij imperatoris. xv. kalendas decembris.

De sancto gregorio episcopo turonum. Cap. lxxii.



Regorius

turonum episcopus ordinatus est anno iustiniani seiprimo: ut ait sigibertus: in oibus clarus. Hic de aluermia natus: dum pres illas transiret: et orta tempestas atque tonitrua et fulmina omnes exterrerent: ipseque reliquias quas ad collum gerebat tempestati ostendisset: diuisus nimbus a dextra eius et leua iter illesum preteritis dimisit. Ipse autem ex hoc aliquanti inani gloria motus primo diuino iudicio de equo cecidit: et allisus diebus pluribus decubuit. Sicque ab inde de proprijs meritis non esse presumendum didicit. Anno igitur cclxxii. post obitum sancti Martini cathedra turonensem regendam accepit: qui ecclesias plures construxit: et libros plurimos compilauit: atque signorum mirabilibus claruit. In quadam enim villa cum domus pauperum rustici igne accensa esset: que aqua deficiente oino extinguere non ualere: productis de sinu reliquijs itaque oppositis domum cum rebus omnibus ab incendio liberauit. In remensi oppido referendarium quendam sigiberti: qui diebus pluribus aure uina surduerat: dum innocinaret ad auditum clarum reduxit. Apud pictauium post orationem factam ad sepulchrum sancti hylarij: duz radegundem regina uisitasset: et ipsi ambo diuinis colloquijs mutuo instaret: oleum quod ante crucem sancti hylarij guttatim manare consueuerat infra unam horam intantum profudit: ut sepe rarij exundaret. Et cum inde discessisset: et dicta regina in pace quieuisset gregorius per nuntium requisitus ipsam sepelire. Hic annis. xij. ante beatum gregorium papam magnus episcopus factus: eo in pontificatu sublimato: romam adijt: et eidem in amicitia coniunctus: ab eodem honorifice susceptus et tractatus fuit. Cum autem gregorius papa gregorium episcopum uiri status pusillum miraret: tante uirtutis uix: audiuit ab eodem uersiculum illum. Ipse fecit nos et ipsi nos. qui eius cogitatione ab eo per spiritum cognita nouit: et ab eodem rema postulauit. Et de uiri meritis admiratus eum est amplius reueritus. Quieuit in domino uir sanctus. xv. kal. decembris. Sepultusque est in ecclesia turonum ad leuam beati martini. Hic fratrum regum scripta historia inchoas a feramundo primo ipso

rum rege: et usque ad theodorici dagoberti se-
cundi filii clari et apertis stilo de duces. Scri-
psit et volumen miraculorum beati martini et
alia plura.

De sancto gregorio episcopo
hispanen. Cap. lxxiiij.



Gregori⁹

Episcopus apud hispani-
as claruit. Nideli-
beriensis episcopus fuit: qui ad ex-
tremam usque senectam tractat
diuersos mediocri sermone
rexit. Et de fide catholica
volumen elegans compilauit. Et
apud liberientem ciuitate vi-
te et sermone conspicuus in pace quieuit. Ibi
deus sepultus in virtutibus viuit. Hec hie-
ronymus lib. de viris illustribus.

De dedicatione basilicarum apostolorum
petri et pauli. Cap. lxxiiij.



Dedicatio basili-

carum apostolorum petri et pauli rome
a beato siluestro papa facta e. r. iij.
kal. decembris. Cum enim constantinus i-
perator: ab eodem sancto potifice a lepra mun-
datus atque baptizatus ecclesiam in honore sal-
uatoris mundi fabricasset: videlicet in proprio
lateran. palatio: quam etiam presertim papa conse-
cravit: sicut dictum est supra in eius dedicatione
v. idus nouembriis: presertim christianissimus prin-
ceps basilicas duas in honore apostolorum a
fundamentis erexit. fecit enim basilicam beato
petro apostolo in templo apollinis iuxta palatium
neronianum in vaticano: vbi idem apostolorum prin-
ceps crucifixus est. Item aliam basilicam beato
paulo apostolo extra urbem in via ostiensis: pro-
pe locum vbi decollatus est. Et in quolibet ipsarum
ecclesiarum dum terra foderetur ad fundamenta
locanda: predictus gloriosus augustus in ex-
cessu summe humilitatis et deuotionis duodeci
cophinos terre effosse ad honorem. r. ij. aposto-
lorum propriis humeris baiulauit. Ipsarumq; basi-
licas mirificis donis et ornamentis in auro et
argento et gemis infiniti precij magnifice do-
tauit: quas ambas ecclesias beatus siluester pa-
pa vno et eodem die consecravit: et in altari vtri-
usque ossa apostolorum petri et pauli mirra loca-
uit. Postquam enim cornelius papa apostolorum eor-
um pora de catacumbis leuata: ad loca vbi prius
sepulta fuerant reportauit: sicut dictum est su-
pra in passione petri apostoli. iij. kal. iulij. Et
beatus siluester ecclesias eorum consecrare dis-
poneret: ossa amborum apostolorum insimul com-
mixta in lace summa reuerentia equaliter po-
deravit: et medietatem in vna ecclesia: et reli-
quam medietatem in alia collocavit. Et vtraque
ipsarum basilicarum in anniuersariis ipsius conse-

crationis festo. viij. milibus annorum indulgen-
tie dotauit: aliis quoque rebus continuis spe-
cialiter vniuersis multorum annorum ipsas ecclesias vi-
sitantibus condonauit. Tradunt romani in eorum
chronicis antiquis scriptum contineri: quod dum san-
ctus siluester ad instantiam constantini augu-
sti ex summa deuotione vtraque ecclesiam apos-
tolorum: vno et eodem die consecrare decreuisset:
ut sicut vno et eodem die recolit festum eorum pas-
sionis: sic ageret et eorum basilicarum consecratio-
nis. Et primo ecclesiam beati petri ipse ponti-
fex dedicasset. Deinde ad ecclesiam beati pauli
per. iij. miliaria distantem dedicandam cum omni-
populo accederet: tempusque sibi deficeret: vpo-
te quod diebus tunc breuibus sol ad vespertinum pro-
pinquaret: timens siluester non supueniens eius
officium impediret: in virtute christi et apostolorum so-
li mandauit: ne ad occasum sibi deficeret: vpo-
te officium alterius ecclesie consecrande compleu-
set. Statimque virtute diuina sol miraculose ste-
tit: nec ulterius se mouit: donec papa cum po-
pulo ad pauli basilicam peruenit: et officium
consecrationis perfecit.

De sancto Romano martyre. Cap. lxxv.



Roman⁹ martyr

Apud antiochiam passus est tempore
marimiani imperatoris sub asclepiade
de prefecto. Cum enim dictus prefectus
in ipsa urbe ab imperatore missus ingressus
esset: ut christianos inolare compelleret: et ecclesiam
destrueret. Romanus monachus christianis sua
debat: ne prefectum in ecclesia eorum intrare per-
mitteret: neque ei in aliquo obediret. Quod cum
prefecto nunciatum esset: fecit eum comprehendi et sibi
presentari mandans: ut diis inolare iuxta impe-
ratoris decretum. Cum autem ille christianus se asse-
ret: et nulla ratione diis sacrificaturum diceret.
Iussit eum prefectus in equuleo leuari. Et
audito quod esset de prioribus ciuitatis: fecit eum
deponi: et cepit blandis sermonibus ipsum ad
suum consensum prouocare: eo quod nobilitate ei
vellet deferre. Ille autem e contra dicebat nobi-
litem suam in sola christi confessione confi-
stere. Tunc prefectus iussit os eius cum lapi-
dibus percuti ne tam indisciplinate respon-
deret. Deinde fecit illum acruis torqueri. Cum
autem romanus diceret: quod deos qui ab hominibus
facti sunt nemo colere deberet: et in huius te-
stimonium infantem unum in platea deambu-
lantem produceret: puer quoque hec eadem
affirmaret. Iratus prefectus puerum teneri se-
cit: et catomimis cedi. Matrem quoque illum
adduci: et in eius conspectu filium suspensi: et tor-
queri: quod mirum in nullo perturbata filium in domi-
no confortabat. Romanum autem mandauit
asclepiades diuinus fustigari: deinde ipse vna
cum puero in carcerem recipi: ambos in crastinum
exuredos. Sequenti vero die fecit extra ciuitatem

De sanctis in mense noue. occurrentibus. Fo. cclxxxiij.

tate igne copiosum accendi: et romanum ac puerum eductos de custodia cremados adduci. Sed eadem hora pluuia copiosa descendit: et igne totaliter extinguit. Quod audiens prefectus: percipit puerum capite truncari: romano vero linguam precidi. Mater vero pueri corpus filii sublatum sepeliuit. Romanus autem lingua precisa nihilominus diserte loquebatur: et de sanguine proprio laudes dei scribens christianos astantes hortabatur. Prefectus vero cum hoc audisset: carnificem: qui linguam eius absciderat: teneri fecit: eumque occidi mandauit: eo quod linguam eius modico precidisset: qui ut prefecto satifaceret: proci in lingua excidit: et mortuus dolore defecit. Sicque prefectus carnificem inculpabile dimisit. Romanum autem fecit in carcerem trudi: eo quod populum timeret: quod de nobili progenie esset. Noctu autem mandauit eum asclepiades in carcere prefocari. Cuius corpus a christianis in ipsa urbe honorifice sepulcrum est. Passus est autem. xiiij. kal. decembris.

De sancto Elychii martyre. Cap. lxxvi.



Elychius martyr apud antiochias passus est sub mariano imperatore. Qui cum esset miles et percipit mariani audisset: ut si quis non sacrificaret idolis: cingulum militie deponeret: repetere ac sponte cingulum soluit. Ob hanc causam ab imperatore detentus: dum

ipsum confiteretur: muliebri colobio indutus: ligato in collo eius sarco ingenti in flumine oronte precipitari iussus martyrio coronatus. xiiii. kal. decembris: ut ait ado.

De sancto Gelasio papa. Cap. lxxvii.



Gelasius papa huius nominis primus natione apher ex preualerio: felici. iij. romanorum pontifici in epatu successit: et sedit annos. lviij. menses. viij. dies. xxviij. Die manichaeos in urbe roma iuenit: et exilio deportari iussit: quos codices cremari fecit. fuitque amator cleri et pauperum: liberauitque a periculo et fame ciuitatem romanam. Die declarauit: qui libere debeant in ecclesia recipi: et qui contenti.

Qui et gelasianum librum composuit: fecitque tractus: orationes: et hymnos sicut ambrosius: prefatione misse composuit. Vere dignus et iustus est quotidianus. Alias etiam. in prefationes speciales certis diebus cantari decreuit. scilicet de natiuitate: de epiphania: de quadragesima: de cruce: de resurrectione: de ascensione: de pentecoste: de trinitate: de apostolis. Constituit

etiam quibus temporibus ordinationes clericorum fieri debeant. Sub huius etiam tpe oraculum beati michaelis archangeli inuentum est in monte gargano. Corpus etiam beati barnabe apostoli: et euangelium matthei eius manibus scriptum ipso reuelate reperit. Hic aduersus eusebium et nestorum grande et elegans conscriptum volumine tractatus diuersarum scripturarum et sermonum limato sermone exposuit. Contra petrum et acacium hereticos epistolas scripsit. Tomum de anatheatis in uinculo addidit. Contra montorium fausto apud constantinopolim legationis officio fungenti direxit. Epistolas ad anastasium principem et episcopum orientis et per dardaniam constitutos ratione reddentes iuste dantionis acacii destinauit. Itaque ad eisdem orientis episcopos de uitanda acacii comunione. Ad euphemium constantinopolim episcopum. Ad seon iuum apulum episcopum: et ad natalis abbatem epistolas scripsit. Et anastasium imperatoris primi temporibus in pace quieuit. xiiij. kal. decembris. Sepultus in ecclesia sancti petri apostoli.

De sancto Iheridiano episcopo. Cap. lxxviii.



Iheridiano episcopus lucanus apud ipsam ciuitatem claruit: qui multa

sanctitate pollens pauperibus largitus ministrabat et miraculorum signis florebat. Quisq; auferit huius qui iuxta urbis ipsius muros influebat: sepe inundatione facta cursus sui aluuium egressus per agrosque diffusus fata de uastaret: et uincas eradicaret: ac domos plurimas et edificia enerteret: et ciues ex hoc frequenter danum et inopiam sustinerent: datoque studio operis cursum fluminis per alia loca deriuare uellent: nunquam a proprio aluuium uilla ratione deflecti potuit. Igitur ciues omnino auxilio desperati: sancti uiri preces postulauerunt: qui oratione permisit: et signo crucis edito: rastrum paruum accepit: et ad aluuium fluminis accessit: fluminisq; ut se sequeretur precepit: deductoque per terram rastro per loca sibi uisa duobus fere miliaribus uiam signauit.

Quod quoque aqua fluminis se compescens: sinu proprio relicto: cursuque naturali deserto per locum ubi sanctus signauerat eum secuta: nouum sibi aluuium uendicauit: et fata queque uel pluitata aut edificia ledere cessauit: et ab inde usque in presens per locum ipsius fluere non destitit: nec desistit. Hic sanctus uir multis pollens uirtutibus et doctrinis: populoque suo exemplaris migravit ad dominum decimo quarto kal. decembris. Sepultus extra muros ciuitatis lucane in ecclesia sancti uincen-

rij: quam ipse cōstruxerat. Hec gregorius. iij. dialogorū capitulo. iij.

De sctā helisabeth de vngaria. Cap. lxxij.



Helisabeth regis vngarie filia soror belle qui post patrem regnavit ex matre gertrude filia ducis normanie sorore Bertoldi patriarche a quatuordecim annis puerilibus puerilia contempsit et infantili etate deo famulari cepit. Cum esset quinquennis in ecclesia orans sedule permanebat: adeo ut ancille eius ipsam auellere vir valerent. Sepius ludens aliqua de ancillis verus capella insequi videbatur: ut ex hoc intradi et genua flectendi occasione captaret. Occasione ludi etiam se aliquando prosternebat: deo exinde meere reverentiam exhibens. Crescens vero etate crescebat devotione. Beata dei genitricem in sui patronam et advocatam: et beatum iohannem evangelistam in sue castitatis custodes elegit. In choreis et aliis mundi vanitatibus non solum abstinere: sed et alias consocias ad simile inducere. Sine intermissione orabat: et divinum officium cum summa reverentia audiebat. Et dum evangelium legeretur: corona et monilia deponere. Cum vero ad etatem nubilem pervenisset: a patre suo licet invita tradita est in coniugium ludovico lantgravo turungie. Que licet mutaverit statum: non ideo mutavit affectum. Nam sedule orationi incumbere. Sepe de nocte de viri latere ad orationem surgebat: eoque absente iugiter in contemplatione pernoctabat: unde eius exemplo virum suum ad multa patientiam et vite perfectionem immutavit. Pauperum semper memor existens: eis largi flumina ministravit. Quidam magister conrado se in obedientiam prebuit: et eidem in omnibus salvo iure matrimonii paruit. Adeo ut aliqui negligentiam committens: ab eo diris disciplinis et verberibus se pmitteret flagellari. Corpus quoque suum artissimis ieiuniis macerabat: et absente viro cum celesti spouso divinis colloquiis incubebat. Et cum cibos curiales et conscientiam respiceret: vir eius quosdam ei redditibus assignavit: quos tamen omnes fere pauperum necessitatibus impendebat: et sepe potius in victu suo necessitate sustinebat. Nam propriis manibus cum ancillis filabat: et inde pauperum vestimenta faciebat. Miraculorum quoque gloria clarebat. Quadam namque vice ceruicia pauperum multitudinem ad potandum tribuit: et vas prout primo plenum fuerat in nullo diminutum invenit. Peregrinos et pauperes hospitio suscipiebat: et egris ac saniosis et vltrosis pro-

priis manibus ministrabat: pedes illorum lavabat: sanie abstergebat: vlcera medicabat: et sordidas vestes abluebat. Ad hec autem operanda: hospitale maximum in suo castro construxerat: et cum in montes positum esset: labore spernens: ad ipsum tamen quotidie accedebat. Sepulturas etiam pauperum frequenter tabat. Post hec virum induxit ad terram sanctam pergeret visitanda. Quod princeps de uocis facere non neglexit. Ibi quoque in dei seruitio vitam finiuit. Sancta autem domini helisabeth: multa patientia preedita viduale statum cum summa deuotione amplectitur: et duorum milia marcharum quas de dote sua habuit pauperibus elargitur. Ita ut a multis dissipatur: pauperum et fatua reputaretur. Deinde a quibusdam vassallis sui quondam viri: de omnibus possessionibus suis eicitur: et in domo cuiusdam tabernaculi cum filiis paruulis suscepta moratur: ac in loco ubi porci manere consueuerant sepius hospitatur. Iniurias quoque multas et graues etiam ab his quibus vir suis beneficia multa contulerat recepit: quas tamen omnes patientissime supportauit. Tunc abbatissa quedam vngarie eius matertera necessitati eius compatiens. Helisabeth ad episcopum bamburgen. eius amiculum adduxit: eamque ei sollicito commendauit. Que cum ancillis suis quas sui exemplo deo deuotas fecerat: ab eodem benigne suscipitur et humanissime pertractatur. Qui dum eam secundis nuptiis tradere disponeret: omnino recusauit: volens potius in paupertate castitate seruare quam iterum dicata in rebus secularibus se implicare. Interea autem ossa viri sui de transmarinis partibus domui tumulanda deferuntur: cuius exequiis sancta mulier iterum: matremque virtutis et patientie signa preedens adeo ut ab emulicibus quibusdam reputata fuisse virum minime dixerit. Filiis tamen suis hinc inde ad diuersa loca transmissis: ipsa in habitu abiectissimo veste grisea: aliquando breuitate alieno panno prolata: et mancis ruptis alterius coloris griseo refarcitis: cepit incedere: et sub cura magistrorum coradi cum ancillis suis pauperibus ministrare. Cum autem pater suus eius inopia audiuisset: pro solenne nuncios a se missos: ea ad paterna regna requisit. Qui venientes ad ea ipsam lana filate inueniunt: eiusque paupertatem et patientiam admirati: ea omnino reuocare non valuerunt. Hec autem sancta dei non obstante pro pauperum cure cum martha ministraret sollicito: cum maria etiam contemplationi vacabat assidue. Sepiusque mirabilibus visionibus in extasi rapta diuinitus consolabatur: et eisdem fructibus frequenter sine delectatione. Die quadam ex lassitudine in ancille gremio decubens: oculos erigens ad fenestram: nunc riuu letabat: nunc lacrymis tristabatur. In cetera dices hoc vbi. Ita dicit mihi

De sc̄tis i mēse nouē. occurētib⁹. Fo. cclxxiiij.

vis esse mecū ⁊ ego tecū. Interrogata q̄ ab ancilla ob amorē xp̄i qd viderit: r̄ndit se xp̄s vidisse puulū: q̄ secū se velle eē dicebat: in cuius p̄sentia hilaris: i absentia efficiebat tristis. Aliq̄ etiā dum talibus visionibus frueret: facies eius radijs coruscare videbatur. **C** Semel pro quodā vago ⁊ dissoluto iuvene orauit vt deus eius animum cōuerteret. Qui subito se a secularibus ⁊ p̄pōsis vestib⁹ exurit clamauit: ⁊ cōuersus minor ordinē introiuit. **C** Puella etiā cuidā inopi: que ad elemosinā querēdam venerat: dū lz fatibus renitēti flavos ⁊ crispōs capillos p̄cidisset: in quibus illa admodū gloriabatur: statim vt crives abscedit: eius quoq; simul animū imutauit: ⁊ vna secū ad seruicēdū egrīs induruit. **C** Ap̄propinquās igit̄ vite termino: apparēte sibi xp̄o ad celestia iuitat: morq; lecto decidens febre corripit: iāq; in extremis laborans ad pariter cōuersa: audita ē a circumstantibus dulcem pponere melodiā. Et interrogata: cur hoc fecisset. R̄ndit q̄ auicula quedā iuxta parietem adeo dulciter cātauerat: q̄ se similiter puocauerat ad canēdū. **C** Ultima vō die ante suum trāsitū interrogauit ancillas: quid acture essent si ad eas diabolus adueniret. Deinde q̄si diabolū licēriās fuge: tr̄ib⁹ vicibus exclamauit. **C** Appropinquāte vō nocte media: deo gr̄as egit: q̄ hora illa gloriosa veniret: in qua xp̄s nasci voluit: ⁊ mudo apparuit icarnatus. ⁊ his dictis emisit sp̄m: anno dñi. **D.** cccxxi. visitationis sue anno. r̄vi. xij. kal. decēbris. **C** Corp⁹ aut̄ eius miro refragrabat odore: qd tñ diebus q̄tuor: inhumatū nullū ex se fetore sed eadē emisit odoris suauitatē. **C** Hise sūt etiā am aues infinite alias nunq̄ vise: hoibus cūctis incognite: supra ecclesiā: vbi corpus eius iacebat: que mira modulatiōe cōcinebāt. In aere quoq; audita est in hora eius trāsit⁹ sua uisissima melodia: cuius lz v̄ba nō potuissent intelligi: nocte tñ cātus dephēse sunt fuisse illius respōsorij. **C** Regnū mūdi ⁊c. sepius repetitū: eius etiā corpus in tumulo positū oleo recondare reptū est. Sepulta est i castro margburch allemanie signis ⁊ prodigijs multiplicibus clarens.

C De sc̄to Isidoriano papa ⁊ mar. Cap. lxxx.



Dionysius papa ⁊ martyr natiōe romanus ex patre calphurnio vrbano p̄mo ep̄o romano in pot̄ficatu successit: ⁊ sedit annos. v. mēses. ij. dies. ij. **C** Qui ob cōfessionē nois christi vna cū quodā hippolyto p̄bytero iussu alex̄andri imperatoris in exiliū dāuatus ⁊ in insulā sardinia deportat⁹

est: ibiq; pro christi nomine fustibus mactatus: martyr effectus ē. xij. kal. decēb. **C** Lūius corpus a fabiano papa eius successore nauimā delatū: ⁊ in cimiterio calixti via apia sepultū est. **C** Hic fecit ordinationes. v. per mēses decēbris: p̄sbyteros. x. diacones. xxi. ep̄os per diuersa loca numero. xij. ⁊ cessauit ep̄iscopatus dies. x. circa annū domini. cccij.

C De sancto Fausto martyre. Cap. lxxxi.



Faustus martyr ⁊ diaconus rome passus est. **C** Hic tantū fiducie et magnanimitatis a deo habuit: vt cū ad xp̄ianos carceri detentos nemo auderet accedere: isti tamē de eusebio college suo gr̄a concessa est: vt inuitis oibus hostibus: eis ad cōfessores xp̄i nō negaret ingressus: ⁊ sic indefinēter eos reuisebat: eisq; necessaria ministrabat. **C** Qui gr̄adeus ⁊ plenus dierum perfectio martyrio sub decio imperatore obruncatione capitis cōsumatus est. xij. kal. decēb.

C De sanctis Severino Eruperio ⁊ Feliciano marty. Cap. lxxxij.



Seuerinus ⁊ Felician⁹ apud viennā passi sunt. xij. kal. decēbris. **C** Quorū corpora post multos annos curricula ipsis reuelantibus inuenta et a pot̄fice vrbis ipsius clero ac populo honorifice sublata in basilica sancti romani q̄ in ipsa ciuitate sita est: condigno honore tumulata sunt: ibiq; requiescunt.

C De sancto Done abbate. Cap. lxxxiii.



Doab bas cluniacensis cenobij claruit tempore henrici p̄mi ⁊ henrici secundū imperatorum. **C** Qui q̄dem cluniacensis ordo incepit anno domini. cccccccxij. anno primo conradi p̄mi sub abbate bernone eiusdem ordinis: ⁊ monasterij fundatore: ea videlicet cōditiōe vt ecclesia cluniacensis annuatim ecclesie gigniacensi censum. xij. denariorum solueret: in quo videlicet monasterio ab ipso bernone cōstructo seruabant instituta sancti patris eutychij viri chari ludouico imperatori. **C** Que quidē cōstitutiones atq; instituta a p̄dicto bernone abbate p̄decessore seci odōis i dicto mōasterio icobata ⁊ ordinata fuerūt. **C** Hic aut̄ sc̄tis berno: d extrēa deue-

niens: episcopos plures aduocās: seqz reuz
et indignum abbatem fuisse iudicans: ab or
dine seipsum dep'siuit. **Q**donēqz musicum
successorem constituit: qui cum hoc audiens
fugere voluisset: a fratribz captus: et coram
suo abbate violenter adductus: quibus dudum
renitēs: ebox tandē censura abbatis regimē
coactus assumpsit: qui et miraculis claruit.
Quadā nocte dudū pastores eqz dormi
rēt et fur veniēs equū ascensum asportaret:
frater gotofredus in orōne peruigil hoc vi
dēs: ne silentiū frangeret: i vita regularia in
stituta: tacuit vsqz mane. Die vō clara luce
scente: fur idem cū equo inuētus ē in eodē lo
co: quo ipm ascēderat affirus q̄ se inde amo
uere non poterat: nec ex equo descēdere: do
nec ad odonem adductus penitentiam egit:
et furtum restituit. **C**ui pater sanctus quin
qz dari solidos pro vigilie labore mandauit.
Tempore quo normani pictauiorū et turo
num fines vastabant: duo ex fratribus mona
sterij odonis turonum missi: a normanis no
cte capti (et manibus vincti sunt: qui tamen
nunq̄ silentiū frangere voluerunt. **C**ūqz ma
ne infimul psallerent: sed eos hostes ad lo
quendum nullatenus cogere possent: quidaz
dur eorum ense producto insiliens equo: eos
ferire voluit: quem equus subito in terrā col
lisit: et statim febricitare cepit. **E**teri vō
normani miserunt sortes: quē ex ipsis fratri
bus in vltionē dñi sui flagellarent. **S**ed dū
sepius missis sortibus neminem eoz soz co
tingere possit: conuersi illi pro salute dñi sui
fratribus per interpretē supplicarunt. **Q**ui
pro eius sanitate ad dominū erogaerūt. **E**t
continuo dur ille sanitate recepit: et fratres
dimitti mandauit. **Q**uadam vice dū odo cuz
pluribz hoibus et eqs rhodani nauigio trans
iret: equus qdaz calce tabulā manū pcussit:
et ipius pte excussit: statimqz aqua itrare ce
pit: et subito nauē totā repleuit. **Q**uē tñ cum
cris nimū formidatibz sic plēa ad ripā vsqz
deuenit: neqz aliq̄liter submergi valuit: do
nec equi omnes et hoies exierūt. ipozqz odone
cui meritū nauis sup aquas tenebatur: post
omnes egresso: nauis demersa ē cōtinuo. **I**te
diēs roma cū pluribz: iter alpes mūnū eq̄ta
bat cui equus subito in precipitium lapsus est.
Qdo vō vir sc̄tās leuatis manibus ramo
arboris desup eminēt alias nūq̄ vise: tā diu
se tenuit: donec equo ipi a nūibz absorptoz:
ipe a focis inuat: ille fus de scēdit. **S**tatimqz
tā ram? ille q̄ arbor: cūctis disparuit. **C**hic
latronē quēdā ad penitentiā reduxit et mona
chū pfectioris vite fecit. **Q**ui etiā triduo an
mortē suā fratribz affatibz dixit: q̄ mas mie
sibi apparuerat: atqz reuelauerat ipm i trāsi
tu suo odonis abbatis meritis esse saluādū.
Cū abbas odo eēt roma i monasterio san

cti pauli ap̄t: et libū de vita sc̄i martini ab
bati baldino corrigeret: et ad vespas ire vel
let: obliuioe libū ap̄tū dimisit in loco videli
cet vbi ex tribz tectis gutte pluuię collecte
fluebāt. **T**ūc subito pluuiā marīa descēdit:
sed nec odo p̄pterea libū recordat? fuit. **Q**uā
ne aut liber iuenit ap̄tū circuitu et in margi
nibz aqua pfusus: i sola vō lsa oino erat inta
ctus. **Q**uod dū meritū odonis ascriberet: ille
ex hūilitate: bti martini virtutē rettulit: qui
libū suā vitā p̄tinētē sic a pluuiā defensauit.
Cdū i monasterio quoda sc̄i helie theodar
dus qdā ab odone p̄posit? fuisse: in quo loco
piscēs nullo mō haberi poterāt nisi a longe
delati mltozqz p̄cio cōparati: et carnes ex re
gula comedere nō liceret: oratiōe sancti odo
nis vallis in q̄ cenobiū illud sitū est mōticu
lis pluribz inuētis se clausit: et aditū toz
rētis q̄ per eā fluebat adeo restrinxit: vt ex
mltis aquis collect? lac? fieret: et piscēs vsqz
in p̄sens fratribz ad abūdantiā p̄beret. **Q**uē
uit aut vir sc̄tū in dño. xij. kal. decēb. **E**uis
qz vitā frater iohanes descripsit. **C**orp? aut
eius ap̄ cluniacum sepultum quiescit et mi
raculis viuūt.

CDe sancto Crispino ep̄o
et martyre. **C**ap. lxxxiij.

C**Rispinus ep̄s**
et martyr apud ciuitatē astia
gensēm passus est. **Q**ui cū es
set pontifex eiusdem vrbis: et
ipm dominum p̄dicaret: a
paganis detentus et ad sacri
ficia deoz suafusus: dū imolare cōtemneret ca
pite ap̄putato martyrij gl̄iaz adēpt? ē. passus
est aut. xij. kal. decē. vt ait ado i martylogio.

CDe sancto Darimo martyre. **C**ap. lxxv.

C**Arinus presby**
ter et martyr: rome passus est sub
persecutione maximiani impera
toris. **Q**ui p cōfessioe nois ch̄risti diuersis
tormētis affectus: et multiplicibz inuriis la
cessitus tandē gladio capite cesus: et positus
est ad sanctū firtū. xij. kal. decēbris: is ado.

CDe sc̄to Stephano presby. **C**ap. lxxvi.

C**Stephan? presby**
ter ap̄d cōstā
tinopoli claruit: tpe
leonis pat̄oris. **I**du
tus pater zacharias noie sa
cerdos fm grecorum ritum:
vir sanctissim? et deuot? vro
rem habuit pudicissimam
noie theophanem: que cuz es
set sterilis: de tēplo probho
martyrs sc̄i stephani non di
scēdebat: sed iugiter orōni vacabat. **C**ū aut



De sc̄tis i mēse nouē. occurrētib⁹. Fo. cclxxxv.

post ānos plures hunc filium futurum: virū sc̄tissimū concepisset: toto tēpore quo ip̄m in vtero gestauit: nulla ratione carnes: oia: vel lacticiā: vinū: aut oleū gustare potuit: sed panē solū: et aquā cum folijs: et sale sumebat. Nato autē puero: auicula que ip̄m primo de terra leuauit: signū crucis lucidissimū in ei⁹ pectore cōspexit. **Lū** vō mater infantulū aleret: si quos aliqñ quos nō s̄tuenisset cibos acciperet: puer se ab ea abstinēbat: et vbera tāgere nōlebat. Si vō mater ieiunabat: puer sp̄o tangens ipsius māmas bibebat. **Baptizatus** est autē i ecclesia sancti stephani p̄omartyris: ex cuius reuerētia stephan⁹ est vocatus. **Sacerdos** autē quidā sc̄tus q̄ eū baptizauit: p̄pheticō sp̄u p̄nūciauit ip̄s apud deū magni meriti futurū. **Et** cū aliquatūlū creuisset sacris litteris erudiēdus traditus est. **Qui** p̄t̄rib⁹ subditus et obedies: et in sc̄tis opib⁹ p̄ficiēs: annoꝝ iam. xiiij. clericalē ordi nē suscepit: et patri in diuinis ministrare cepit. **Lū** autē ānos. xvij. impleuisset pater ei⁹ ex hac luce subtrahit⁹ est. **Qui** cū iam dudum vitā solitariā ducere cuperet: m̄ris tamē recētī dolore cōpaties: sanctū ei⁹ p̄positū bien nio distulit adimplere. **Tādē** suū deo q̄ genitrici cōplacere curas aium suū theophane apuit: eāqz blādis et diuinis s̄monib⁹ absces sū filij delectē p̄fortauit. **Ipsamez** cū duob⁹ alijs fr̄ib⁹ puulis deo comēdauit: et tēplū br̄i petri apli igredies ibidē se iclusit: et ieiunijs atqz orōib⁹ assiduis deo hūire cepit. **Ipsa** autē cū sale vir̄ cocta: ip̄i a matre q̄tidie delata: ad vesperū māducabat: q̄ ad sustentatiō nē nature nō ad corpis repletionē sumebat. **Scripturas** vō diuinās quotidie legebat: et psalteriuz quāqz nocte p̄ficiebat. **Lū** nocte quadā sedētī et pariter dormitātī br̄is petrus apl̄us apparuit: eiqz vt cepta p̄ficeret: dulci s̄mone p̄suasit. **Post** annos vō tres eidē orātī sc̄tus at̄ipas marty: apparuit: et in forib⁹ tēpli ip̄m tertio ex noie vocauit. **Qui** eū veste sacerdotali indutū vtī sacerdos fuerat asperit: et imaginē ei⁹ in icona depictaz p̄sideras: nullā eē inē ip̄az figurā et vultū sibi apparētis differētā iudicauit. **Sc̄tus** autē marty: vt sibi psalleret: admonuit: et p̄tinuo ab eo discessit. **Qui** itelligēs ad obsequiū ip̄i marty: eccl̄ie vocatū: lineā grossā et p̄uū cili cū accepit ad corpis op̄imētū: et abiit ad sc̄ti at̄ipe martyria tēplū: vbi i multa et mira ab stinētia ofōmb⁹ insistebat: ciliciū supra mar mor. p̄ lecto sedile et mēsa habebat: semel aut bis i septimana cibū sumebat. **Aliqñ** etiā nihil recipiebat. **Disciplo** vō quodā ip̄i ministrante folia sine sale vir̄ cocta manducabat. **Tādē** in sacerdotē a quodā theodolo ep̄o cōsecrat⁹: sacrificiū laudis q̄tidie deo immolabat: et ad aiariū salutē p̄plō frequētius p̄dica

bat. **Verba** vō illi⁹ diuinit⁹ plata persona bant. **Dulti** quoqz ex deuotiōe sacra eucha ristia de manib⁹ ei⁹ sumere studebat. **Vir** a culoz etiā gl̄ia isignis clarebat. **Cū** die quadā missam celebraret: vir quidā deuot⁹ hōza p̄secratiōis: vidit splēdozē mirabilē cū cū altare celitus ifusum. **Stephanū** vō a terra in aere cū ip̄so: qd̄ leuabat: corpe dñico leuatu: et facie velut flāmea ignitū. **Ad** cū vir ille beato viro post missam enarrasset: ille ei super inde donec vīueret: silentiū imperauit. **Alias** etiā dñi celebraret mulier immūdo sp̄u ānis plurib⁹ verata eidē adducta est: qui missa cōpleta eucharistia supra caput ei⁹ posuit: morqz ab ea demoniuz effugauit. **Que** sicut postmodū rettulit: vidit in ipsa hōza supra caput suū poni nudū infantē et ignē ex vultu stephani p̄deuntē: imūdū sp̄itū repellētē. **Ex** inde cū esset annoꝝ. xxx. facie mulier⁹ decetero nullatenus videre p̄posuit. **Ipsa** quoqz ipsius sc̄tatis crescere nimū cepit. **Die** quadā cū i aula impator⁹ michaelis: stephanus p̄byter a multis tanq̄ sc̄tissimus cōmendabat. **Quidā** vō iperatoꝝis itim⁹ ei detrahās: cepit eū asserere insipientē et ignarū: qd̄ per epistolā ei scribendā obrulit p̄batū: eūqz eplam sigillasset: eāqz viro dei p̄ nunciū destinasset. **Ille** oia p̄ sp̄itū cognouit: missoz ad nunciū venientē disciplo ip̄s talib⁹ verbis p̄uenit: q̄ hō corruptibilis sūū dei p̄bare nō posset: et q̄a que scripserat: nulla essent. **His** dictis discipul⁹ foras in facie missi clausit. **Nec** vltra eidē dudum pulsanti quicq̄ respōdit. **Ireuer** susqz missus ad iperatoꝝē et ceteros: q̄ gesta fuerat rettulit. **Ille** quoqz epistolā sua sigillatā ap̄iens: nihil in ea scriptū inuenit: et vtutē viri sancti cognoscētē cōmissi penituit. **Custasti** cuiusdā nepotis viri sancti vroz p̄gnās erat: que in puerperio posita parere nōq̄bat. **Ad** quē cū vir eius venisset: et p̄iugis piculū indicasset: stephanus illū nocte secū detinuit: et pro ea orauit. **Media** quoqz nocte custasti vocauit: et domū remittēs: vrozē filiā pepisse nūciauit: qui cōcitus rediit: et eadē hōza: qua ei sc̄tās dixerat: mulierē puellā enīrā iuenit. **Qui** dā dolore dētū grauē patiebat: vt neqz tri duo cōedere potuisset: q̄ ad p̄fessōzē sc̄tū veniēs: lapidē de eius core accepit: et cū eo dētes tetigit: et p̄tinuo a dolore liberatus fuit. **Plur** imi etiā languentes ab eo p̄ formiū admonebant: vt ad talē locū venirēt: et liberationē acciperēt. **Qui** cū virū dñi prius nū q̄ vidisset: ad locū designatū veniebat: et ip̄s eē: q̄ ip̄is appaauerat p̄tinuo cognoscebat: et sanitate p̄cipiebat. **Lū** autē annoꝝ. xl. ex terremoto marimo ecclesia in qua deo hūiebat: corruit: ip̄e ad quoddā antrū p̄fugit: ibi qz se includi fecit: vbi et vite asperitatē adan

Fit. Nā cū prius folia cocta comederet: nunc aut edebat cruda: et vñ nullū sapore haberet: ad solē faciebat ea pmo p discipulū ericari. In quo loco p ānos. xij. māsit: vbi nec solē vñ q̄ vidit: nec aerē. Unde ex nimia lassitudine barba et capilli ab eo deciderūt: dētes vō prope casuri erāt: vñ nec iā comedere poterat. Cōsilio igit quorūda viroz dei illū visitatū ad monasteriū quoddā delat' fuit: vbi et monasticū habitū suscepit. Cui cū p abbatē suū p obediētā mādatū esset: vt vini aliquātulū sumeret: ne ex nimia debilitate deficeret: ille i abstīnētia sua volēs p̄sistere: nolēs qz obediētā p̄terire: corticē nucis vino implebat: qd̄ in alio vase aq̄ p̄mischebat: et sic ois vini sapore et odore p̄dito illud bibebat. Is est iuis qz qz dieb' ex abbatis mādato p̄strictus: modi cas ficus in cibū accipiebat. Cū aut ad ianuā tēpli sancti martyris disrupti esset icona bē v̄ginis: arē quā lāpas depe: debeat. Veniētes ad se q̄seuqz lāgundos oleo ipius lāpatis ungebant: et continuo sanabant. Cyprius quidā ad eū horribilis accessit: quez sc̄tus vir duob' frib' spoliādū: et oleo toto corpe p̄gē dū tradidit. S; statū vt ex poliat' est tunica: appuit spoliat' et lepra. Ip̄z tñ iuxta p̄ceptū stephāi oleo punxerūt. et sanātū remiserūt. Quidā a demōio obsessus de ciuitate nicēdia ad eū uenit q̄ lras discere cupiebat: s; ip̄z demō nō p̄mtebat. p̄ eo igit sc̄tus i orone p̄noctauit: et mane hō a diabolo liberat' fuit: et subito litteras p̄ semetipm̄ didicit: et atēq̄ inde discederet in psalterio legit. Quidā puerritū lapidis patēs ad eū deducit: et ab eodē oleo icone ungi p̄cipit. S; anteq̄ illuc ueniret: sanat' fuit: et uinā cū lapide emisit. Cū post hec autē ab atie regimē suscepit: et plures discipulos i dei fuitio p̄gregauit. Ante vō cētēsimū sui exitus diē: vni ex fratrib' sabe noie quē sibi successores dimisit p̄pheti eo spū p̄dixit: qz oēs fratres i firmādi forēt: null' tñ eoz nisi ipse diē cētēsimū decederet. que oia sicut sc̄tus p̄dixerat euenerūt. Post q̄ aut oēs fratres i firmati ceciderāt: vnus qz post alter sanat' surrexerat: ipse mltis iā dieb' trasactis infirmitate corpe p̄ egrotauit: nec ob id tamē abstīnētia solūtā dimisit. Cūqz iam ad extrema deuenisset: et ip̄ra tor leo ipm̄ videre desideraret: ei qz p̄ nūciū suū optatū nūciaisset: sc̄tus vir ei remisit: qz nisi eū vsqz ad respas videret: āplius illū videre nō posset. S; cū imperator ad eū uellet accedere inundatione ibris maxima p̄pulsus ire nō potuit: nūciū tñ ad eū p̄ b̄ndictōe destinauit. Qui b̄ndictōes dñi illi p̄scriptā manu p̄pria i hereditatē direxit. Sic bono cōsumatus ope in pace q̄euit. xij. kal. decē. Anno etatis sue. lxxiij. ex quibus. lv. in abstīnētia exegit. Sepultus est constantinopoli mira-

culis coruscans.

De sc̄to Antipatar.

Cap. lxxviij.



Antipatar

presbyter et mar

tyr apud ostacino

polim passus est: de q̄ nihil aliud reperit: nisi qz sacerdotali dignitate fult': et p̄ xp̄i noie tpe p̄secutōis martyriū fuerit passus: et apud ipam urbē regitā tumultatus ecclesia eius noi edificata: in qua sc̄tus stephanus p̄sbyter et p̄fessor ānis plurib' deo fuit: vt supra p̄ime in eiusdē p̄fessor' historia dictū est. Cui' passiois dies eadē die domitio nis sc̄ti stephani apud ipaz urbē recolit: uidelicet. xij. kal. decembris.

De sanctis Samone et Gurias

Cap. lxxviij.



Samone et Gurias

martyres passi sunt tpe diocle-

ciani imperatoris sub antona du-

ce in ciuitate edessa. Qui p̄ ci-

uitates regionis illi' et castella

discurrētes: et xp̄m dominū p̄dicantes atqz xp̄ianos in eorum certamine cōfortantes tati sunt ab antona duce ciuitatis edesse. Et dū sacrificare nollēt: reclusit eos in carcere: vbi fuerat stabulū porcorum donec antiochia ad augustum: qui eū uocauerat: accederet: et rediret. Reuerfus igitur dur ex speciali ip̄ra toris iussione fecit fillos manibus suspēdit ab hora diei. iij. vsqz ad. viij. Sed dum immobiles p̄sisterēt: mandauit illos deponi: et nocte illa in carcere detineri pede s; in ligno concludi. Mane vō in fossam tenebrosam mitti: ibiqz per totum mensem augusti fame et inedia macerari. Et cum toto ip̄o tempore sine cibo v̄llo vel potu p̄mansissent: aperta ianua iussit eos aliquantuluz refici. Iterūqz p̄ totū mēsem septemb. et octob. ac partē nouēbris fame affligi. Et post hec de fouea leuari: et samonē sus quidē capite deorsum appēdi: et clauum pedi ipsius dextro cōfigi. Gurias autē quia grauitē egrotabat dimisit: nec ipm̄ amplius affligere uoluit. Cum autē ambo in laude xp̄i per seuerarent. Samonē est depositus et cū gurias i foueā p̄mā remissus. Post dies viij. abo ide ducti sūt: et cū oīno sacrificare p̄tēnerēt iussit eos antonas nocte custodiri: mane vō añ diē timore ppli: quoz mlti facti fuerāt xp̄iani: fecit illos extra muros urbis. educi: ibiqz capite trūcarī. Quoz corpa cū caputib' et sanguine a xp̄ianis collecta et i ciuitate edessa gl'iose sepulta sunt. xij. kal. decē. die passionē teophil' xp̄ian' q̄ erat officialis senar' i ciuitate ipa armēo p̄mōe descriptis.

De sanctis in mense noue. occurrentibus. Fo. cclxxxvi.

De sancto eadmundo rege et mar. Cap. lxxxix.



Eadmundus

rex anglie et mar-
tyr apud eadem insulam
passus est: ut dicit
guilelmus. Cum enim duces da-
uon hinguar et ybba: orietas-
lium anglorum de popularerur p-
uincia primorum eorum regem ead-
mundum non resistere: sed piec-
tibus armis solo perstratit ozatem

post aliqua tormeta decapitauit. Cuius caput
iter dumos proiecit. Quod dum ciues bulso re-
perto quereret: audierunt vocem capituli omnes ad
se iuuatis. Inueneruntque lupum caput ipsum la-
certis aperientes: et intactum custodiunt. Et dum
caput accepissent: luppus ipse illos baiulantes
post tergum eorum ad tumulum usque secutus est:
nemine ledens: nemine fugiens: et a nemine le-
sus. Super cuius corpus postmodum capella li-
gnea erecta est. Quae dum fures quida ex-
liare uellent: inuisibilibus locis irretiti. Inde
discedere non poterat: loco sentientes: vincula
nulla uidentes. Caput autem sancto corpori compa-
ginatum: diuina uirtute eidem conuictum: est signum
percussionis circa collum solummodo coccinea cic-
trice prehendens. Eiusdem sancti crines et ungues
ac pili barbe sensim pullulant: quos uisita mu-
lier sancta sepius percidebat: et per reliquias uenera-
bas: per quas incisores etiam de infirmitates langu-
dorum curabat. Passus est autem. xij. kal. decem-

De sancto Eadmundo alio
rege martyre et cofel. Cap. xc.



Eadmundus

dux alter rex
anglie regna-
re cepit anno
tertio ottho-
nis impato-
ris primi. Hic uir sanctissi-
mus fuit frater aldostani: qui
regnauit annis sex cum di-
midio: et glasconiensem ec-

clesiam magnis prediis et honoribus ditauit:
priuilegiumque concessionis litteris aureis
in libro euangeliorum conscripsit: et ipsum
librum eleganter composuit: et ecclesie in
perpetuum memoriale donauit. Hic etiam
pauperum sedulus amator: et ipsorum muni-
ficius benefactor: extitit. Qui speciales deu-
otionem in beatum iohannem euangelistam
habuit: in cuius nomine nulli unquam petenti
aliquid denegabat. Unde contingit: quod quidam
pigrinus absente camerario in nomine euange-
liste oportune a rege elemosinam postulauit.
Cui rex cum nihil aliud in promptu haberet: per
ciosum anulum dedit. Sed post dies plures quidam in-

les anglie in tres marinis partibus constituit: ab eo
dem pigrinum anulum regi referendum recepit: ipse in
ponere: ut regi diceret: quod ille cuius pro cuius amo-
re ipse anulum dederat: ei ipse remanere dedit. Unde
liquido patuit: quod iohannes euangelista eidem in for-
ma dicti pigrini apparuit. Cum autem per dicitur rex
latronem quendam de leos ciuitate per eius culpis eli-
minasset: ille post sex annos egressus in festo
quodam regis iter conuicias ipsius incognitum et in
opinatum ascendit et cum ceteris ex more discubuit.
Quae solus rex recognitum post mensas per capil-
los in terram elisit. Ipse autem latronem sicca de va-
gina produxit: et in peccato regis infirmit: qui mox era-
nimam spiritum reddidit. Raro autem a concurrerit
bus mebratis concisus nonnullos pro saucia-
uit. Hic uiderat hic rex finem sanctus distan-
tium abbas glasconiensis postmodum episcopus catua-
riensis. qui mox equum ascendens ad curiam properantem
currebat: sed in medio itinere nuntium gestu rei
suscepit. Sepultus est autem sanctus rex in ecclesia gla-
sconiensi: ubi et martyris uenerat de colit: qui per
iusticia iter factus: ibique miraculis clarescit.

De sancto Siluerino episcopo. Cap. xci.



Siluerinus

episcopus cabilo-
nenis apud eadem ci-
uitates claruit.

Hic ei exemplari uita insignis
fuit: et doctrine ac sapientie
admirabili eruditio reful-
sit. Qui bonus pastor grege-
rum dominicum uobis et ex-
cepit. Et plenus dierum ac-
